



12606.

13. B.

TRACTATIO·SYNOPTICA
De
JURAMENTIS;

1664, 12.

Quam,
Auxiliante DEO,
Occasione Lib. XII. Digest. Tit. II.

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach/
U. J. D. & Prof. h. t. Rectore
& Decano,

72

Ad diem 5. & 12. April.

Locis horisque consuetis,

Publico examini submitunt

BERNHARDUS

&

GEORGIUS DIETERICUS

} Pflugk/

Fratres, Equites Misnici.

T U B I N G Æ;

Typis **JOHANN. HENRICI REISL,**

ANNO M. DC. LXIV.



13. 2.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

v
te
d
c.
p
to
n
q
fi
&
ra

m
lt
13
L
d
f
i.
m
ju



TRACTATIO SYNOPTICA

De

JURAMENTIS.

Occasione Libr. XII. Dig. Tit. II.

§. I.

De JURAMENTIS in genere.

1. Juramentum, à jurando dictum, in jure sapius vocatur jusjurandum, t. t. ff. & C. de jurejur. & interdum sacramentum. l. 12. C. de R. C. l. 14. §. 1. C. de judic. vid. Jerem. Setser. tr. de jurament libr. 1. c. 1 n. 1. & seqq. Mart. Beneckendo: ff in addit. ad pref. Seraphin. de Seraphin. tr. de privil. juramentor. n. 2. & seqq. Germanis, ein Eydi Endschwur/ nihilque est aliud, quam actus religiosus, quo quis in alicujus enunciationis majorem fidem, invocat Deum, tanquam ultorem & vindicem, si fallat. vid. Thumm. tr. de jurament. pag. 5. & seqq.

Etymologia

Synonymia.

Descriptio.

2. Quamvis autem juramentum in se non sit malum, & divino atque humano jure, etiam Christianis permissum. vid. Exod. 22. v. 11. Deut. 6. v. 13. cap. 10. v. 20. cap. 26. X. de jurejur. Gerhard. in Loc. Theol, tom. 3 de leg. moral. §. 116. Frider. Bald. de cas. Conscient. libr. 2. cap. 9. cas. 1. Ames. de Conscient. lib. 4. c. 22 quest. 1. Setser. de jurament. lib. 1. c. 2. Thumm. d. tr. pag. 9. & seqq. non tamen temerè, sed tunc demum jurandum, si necessitas & justa causa illud exigit atque requirit. Gerhard. d. l.

Juramentū an & quando perm. sū.

A

3 Cau-

Causa Iuramenti efficiens.

3. Causa remota, quæ juramenta exigit, est diversa; de qua in seqq. Proxima est voluntas jurantis, Franzk. lib. 2. resol. 1. n. 11. & resol. 2. n. 1. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 13. n. 2. & 3. externis & idoneis signis declarata. Licet enim juramentum in ordine ad DEUM sola fieri possit mente, & interno voluntatis actu, atque tale juramentum mentale quoad Deum suum effectum habeat: vid. Franzk. d. Resol. 1. n. 16. & seqq. Laymann. in Theol. Moral. lib. 4. tr. 3. c. 1. n. 3. attamen in ordine ad hominem, & quoad effectum juridicum, de quo hic imprimis agitur, non sufficit internus voluntatis actus, sed requiritur, ut etiam externis & idoneis signis declaretur. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 21. thes. 1. lit. a. vid. Grot. d. lib. 2. cap. 6. n. 1.

An verba sint necessaria.

4. An verò ad hanc jurantis voluntatem declarandam & exprimendam præcise verba sint necessaria, an verò alia quoque sufficiant idonea signa, in eo Dd. non conveniunt. Quidam verba præcise requirunt. Alii hoc in illis, qui loqui possunt, admittunt. Bach. ad Treutl. vol. 1. d. 21. thes. 1. lit. a. Nobis illorum placet sententia, qui statuunt, quòd juramenti natura etiam in ordine ad hominem verba non requirat, sed scripturam quoque & alia æquipollentia signa admittat; vid. l. 3. C. si minor. & major. dix. l. 6. ff. de R. C. l. 9. §. si quis heredem. ff. de hered. inst. Idque non tantum in casu necessitatis, sed indistinctè, licet juraturus loqui possit. vid. Franzk. lib. 2. resol. 1. n. 30. & seqq. Layman. Theol. moral. lib. 4. tract. 3. cap. 4. n. 2. & cap. 10. num. 1. Setser. lib. 1. d. Jurament. cap. 9. n. 3. * * Sic in quibusdam

busdam Academiis Candidati in publicis promotionibus iuramentum consuetum præstant tantum digitis ad sceptrum Academicum applicitis. Neque jus Civile & Canonicum hîc verba præcise requirit, uti pluribus ostendit Franzk. d. Resol. 1. num. 42. & seqq. Zœs. in Comm. n. tit. d. jurejur. n. 11. ubi tamen addit, in foro exteriori rationi valde consentaneum esse, & securum, ut qui loqui potest, præsens præsentis juret per verba.

5. Per procuratorem an voluntas jurantis declarari, & quis per procuratorem, atque procurator in alterius animam jurare possit? inter Dd. controversatur; quod etiam latè examinat Justus Oldekop, in special. Dissert. de jurejurando in alterius animam. ubi tandem concludit, hujusmodi jusjurandum per procuratorem in alterius animam præstitum, jure divino videri absurdum & irreligiosum, jure gentium inauditum, jure Civili & Saxonico prohibitum, & jure Canonico non approbatum. n. 355. simulque Reipublicæ perniciosum; imò hujusmodi iuramentum, quoad essentiam & definitionem juramenti, non esse verum & essenziale iuramentum, sed esse tantum instar juramenti, & ejusdem effectus, præsertim quoad DEUM Opt. Max. cui primariò juratur. n. 326.

An procurator in alteri^o animam iurare possit.

Hæc omnia hoc in loco examinare, nec temporis nec instituti nostri ratio permittit. Illud tamen certum & notorium, hodie non tantum in Camera Imperiali, sed etiam in plurimis aliis Principum & Statuum curiis & judiciis regulariter permissum esse, ut quis iuramentum possit præstare per procura-

A 2. torem

di-
an-
rot.
do-
n in
ter-
nta-
nzk.
Mo-
ho-
hic
is a-
s si-
. 21.
ecla-
cef-
gna,
ecise
ad-
t. a.
uòd
ver-
a x-
r. se
z. ff.
fira-
vid.
heol.
m. 1.
qui-
dam



torem speciale mandatum habentem. vid. *C. Ord. p. 1. tit. 65. & t. 66. R. Abscheid. de Anno 1654. §. über dieses verordnen wlr. Setzer. lib. 1. d. juram. c. 14.*

Ubi tamen omninò observandum, quòd, quando hodie per procuratorem speciale mandatum ad jurandum habentem juramentum in alterius animam præstatur, (vid. *O. C. p. 1. tit. 66.*) procurator ille in hoc actu magis nuncii, quàm veri procuratoris officio fungatur, ac nudum ministerium præstet. Ipse enim verba jurantia & obligatoria non dirigit in suam, sed mandantis personam sive animam, *in der Partheyen seel.* ita ut vinculum hujusmodi juramenti non in persona procuratoris, sed statim in persona mandantis constituatur atq; radicetur; quod etiam natura juramenti, utpote quod ratione vinculi religionis & perjurii est personalissimum, non aliter fieri permittit. Atque sic in rei veritate ipse mandans jurat per hujusmodi procuratorem, (in lata significatione ita dictum) veluti organum vocis suæ, & ministerium tantum ad hoc præbentem; uti hoc etiam agnoscit post gl. Alexandr. & alios Seraph. de Seraphin. *tr. de priv. jurament. priv. 111. n. 8.* ubi hæc tanquam æquipollentia proponit: *ju-ro in animam domini mei, & jurat dominus per me.* Licet enim, inquit Laymannus, in prima formula is utatur prima verbi persona *juro*: tamen id agit ministraliter, tanquam alienam personam repræsentans, quæ principaliter censetur jurare. *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 3. c. 10. n. 1.* Quæ omnia aliter se habent in veris procuratoribus, qui ipsi negotium gerunt, promittunt, verbis obligatoriis in suam personam

sonam conceptis, ita ut negotium in illorum per-
sonas, quamvis procuratorio nomine, dirigatur, at-
que in illis radicetur, ipsæque exinde, & non man-
dans, directè obligentur. Vid. *dissert. nostr. de nun-
cio, th. 30. 38. & 39.* Gabr. Mudæ. *de contrah. empt.*
c. 2. n. 14. & seqq.

Hoc ita posito, essentiæ juramenti absolutè re-
pugnare non videtur, si quis bene deliberatâ suam
mentem & voluntatem jurandi, atque Deum in te-
stem & perfidiæ vindicem invocandi, quoad effe-
ctum juridicum, etiam coram hominibus explicet
& exprimat per literas, sive epistolam, vel per nun-
tium, tanquam vocis suæ organum, & nudum ejus
ministerium. Quod enim hoc etiam fieri possit in
iis, quæ sunt personalia, probat *c. ult. de procur. in 6.*

Quamvis hoc negandum non sit, optimè illos
& conscientiis & Reipublicæ prospicere, qui vel le-
gibus vel consiliis suis eò tendunt, ut juramenta,
maximè judicialia, ab illis ipsis præsentibus, quibus
imposita sunt, in propria persona præstentur, per
rationes, quas late adducit Oldekop. *d. dissert. &*
Carpzov. p. 1. c. 12. d. 39. Unde etiam hujusmodi
statuta, quibus partes ipsæ jubentur præstare jura-
menta, laudat Joh. Brunneman. *ad l. 2. §. 3. in fin.*
C. de jurejur. propt. calumn. De jure Civili & Ca-
nonico quid de hac quæstione dicendum sit, infra
videbimus. vid. etiam Setser. *d. c. 14. n. 27. & seqq.*
Zæsl. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 42.

6. Etsi autem juramentum, uti in præcedenti-
bus dictum, sine jurantis voluntate fieri haut pos-
sit, secundum illud Ovidii:

Quatenus
requiratur
mens & in-
tentio juran-
di, sese obli-

A 3

Qua

C. Ord.
54. §.
c. 14.
quan-
um ad
s ani-
ratot
ocura-
a præ-
on di-
mam,
di ju-
im in
quod
e vin-
non
e ipse
(in
a vo-
tem;
alios
v. 111.
: ju-
me.
mula
agit
esen-
eolog.
sele
cium
per.
nam



gandi, & pro
missum præ-
standi.

Quæ jurat mens est: nihil juravimus illa.
attamen qui sciens & intelligens verba jurantia in
sua enunciationis confirmationem & securitatem
protulit, ille postea frustra excipit:

Furata lingua est: mente juravi nihil.
Cum nemo existimandus sit dixisse, quod non men-
te agitaverit. l. 7. §. 2. ff. de Supell. leg. vid. Grot.
d. lib. 2. c. 13. n. 3. & omninò Frantzk. lib. 2. resol.
2. num. 7. & seqq. ubi etiam ostendunt, jurantem
frustra excipere, sese jurasse sine obligandi, & pro-
missionem adimplendi intentione. Obligatio enim
naturalis juramenti effectus est ipsi quasi connatus.
Frantzk. d. Res. num. 16. & seqq. Zæf. in Comm. n.
tit. de jurejur. num. 9.

Qui iura-
menta præ-
stare possint.

7. Jurare & juramentum cum effectu præstare
possunt omnes, qui juramenti vim, & rem, de qua
illud præstandum, intelligunt, nec lege specialiter
prohibentur. arg. c. 26. ibi: *judicium X. de jurejur.*
vid. Frantzk. lib. 2. Resol. 1. num. 10. & seq. Set-
ser. de Jurament. lib. 1. c. 3. num. 3..

An furiosi,
Ebrii.

Unde hîc
statim excluduntur furiosi, mente capti, & ebrii.
arg. c. 14. X. de vit. & honest. cleric. vid. Setser. d.
lib. 1. cap. 7. Quare sicuti olim, ita & hodie, in
Rebus publicis bene constitutis, juramenta manè
jejunis exiguntur & recipiuntur. can. honestum. 22.
q. 5. Balduin. de cas. consc. lib. 2. c. 9. cas. 5. num.
5. & cas. seq. 19. n. 4. Thumm, tr. de juram. p. 52.

Infantes, in-
fantia, & pu-
bertati pro-
ximi.

Porro ob judicii defectum hîc excluduntur in-
fantes, & infantia proximi, vid. §. 8. & 9. Inst. de
inutil. stip. Bald. d. c. 5. num. 1. Setser. d. lib. 1. c.
10. num. 2. & seqq. sed non pubertati proximi, l.
26. pr.

26. pr. D. de iurejur. c. 1. X. de delict. pueror. Seraph. de Seraphin. tr. de privil. juram. priv. 83. num. 24. & ibi Benekend. in addit. Borcholt. tr. de iurejur. cap. 4. num. 5. & seqq. Carpzov. lib. 2. Resp. 82. num. 1. & lib. 3. Resp. 62. num. 3. & seqq. Beust. in tr. de iurejur. rubr. num. 8. Hartm. Pistor. lib. 4. quest. 6. num. 8. Frantzk. lib. 2. Resol. 5. num. 70. Setser. d. lib. 1. c. 10. num. 6. & seqq. vid. Lugo. de Inst. & Iur. disput. 22. sect. 8. num. 213. & seqq. qui tamen inviti ad iuramenta non compelluntur. can. parvuli. & seqq. 22. q. 5. l. 34. §. 2. D. de iurejur. Seraphin. d. l. n. 25. vid. Stat. Academ. Tubing. cap. 14. §. cum autem Iurisjurandi. pag. 92.

8. Minores, qui sc. pubertatem, sed nondum 25. ætatis annum compleverunt, quod jurare possint, etiam quoad effectum juridicum, patet ex l. 1. & seq. auth. Sacramenta. C. si advers. vend. l. 26. pr. D. de iurejur. vid. Seraph. de Seraphin. d. tr. priv. 83. Setser. lib. 1. de iurament. cap. 11. num. 1. & seqq. quod etiam de prodigis dicendum, arg. l. 26. pr. D. de iurejur. ita tamen ut iure civili ipsi ratione bonorum sine Curatore exinde non obligentur; arg. l. 5. C. de LL. vid. Setser. d. libr. 1. c. 5. Zæf. in Comm. π. tit. de iurejur. num. 58. Qui de perjurio sunt suspecti, non facile ad iusjurandum sunt admittendi, can. ille, qui hominem. 22. q. 5. c. clericos. X. de cohab. cleric. l. 2. C. de indict. viduit. Balduin. d. lib. 2. c. 9. cas. 5. num. 6. & cas. seq. 19. num. 5. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 192. Carpz. Iurispr. Consist. lib. 3. def. 50. num. 6. Basil. Pont.

An Minores

Prodigi.

De perjurio suspecti.

a.
ntia in
tatem

men-
Grot.
. resol.
antem
& pro-
o enim
anatus
m. 7.

æstare
de qua
cialiter
rejur.
7. Set-
de hic
ebrii.
fer. d.
lie, in
mane à
m. 22.
num.
p. 52.
tur in-
nst. de
b. 1. c.
imi, l.
26. pr.



Pont. de matrim. lib. 5. cap. 19. §. 8. vid. omninò
Thumm. d. tr. p. 54. Ames. de conscient. & ejus jur.
lib. 4. c. 22. §. 38. Tulden. in C. tit. de R. C. & ju-
rejur. n. 8. in fin.

Muti.

Mutum, qui animi sui sensa per evidentia signa
exprimere potest, etiam quoad effectus juridicos
jurare posse, nulli dubitamus. arg. l. 10. C. qui test-
fac. poss. l. 29. C. de testam. l. 48. ff. de O. & A.
Frantz. libr. 2. resol. 1. num. 47. & seq. Bach. ad
Tr. v. 1. D. 21. th. 1. Lit. a. Ruland. de comm. part.
2. lib. 2. cap. 16. Setser. de Juram. lib. 1. cap. 9.
num. 3. & seq. Diss. Umm. in disp. ad Process. 14.
th. 2. num. 16. & disp. 16. th. 1. n. 7.

An Filia &
Uxores sine
patris & ma-
riti consen-
su.

Filia & uxores in patris & mariti potestate exi-
stentes, illis dissentientibus, de rebus ad illorum
potestatem spectantibus, in illorum præjudicium
cum effectu jurare nequeunt. Num. 30. can. si quis
præventus 22. q. 4. can. mulieres. 33. q. 5. vid. Grot.
de jur. bell. & pac. 2. c. 13. n. 20. Frantz. 2. Re-
sol. 3. num. 55. Laymann. in Theol. moral. lib. 4.
tr. 3. c. 11. num. 1. & 2. Osiand. ad d. cap. 30. Num.
vid. etiam Setser. d. lib. 1. cap. 12. & 13.

An legis pro-
hibitio, ne
à quibusdā
juramenta
præstentur,
valeat.

9. Ut quis cum effectu jurare possit, dictum est
in præcedentibus, quòd etiam hoc requiratur, ut
lege non prohibeatur. Nam quòd Lex, etiam se-
cularis, certis personis, & in certis actibus, justis
ex causis juramenta prohibere possit, in eo pluri-
mi conveniunt. Vid. l. 5. C. de LL. l. 2. C. de in-
diēt. viduit. Ferd. Arias de Mes. lib. 3. resol. c. 34.
num. 1. & seqq. Basil. Pont. de matrim. lib. 12. cap.
8. §. 5. Molin. de I. & I. tr. 2. disput. 149. num. 13.

¶ 15. Hinc Grotius, in personam jurantis, scribit, dirigi potest (actus scil. superioris) aut antequam juretur, irritum reddendo juramentum, quatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur, aut postquam juratum est, vetando, ne impleatur. *de I. B. & P. lib. 2. c. 13. num. 20.* Sic apud Lusitanos, & in Regno Castellæ atq; Cataloniae legibus prohibitum esse, ne Laici in contractibus rerum suarum religionem jurisjurandi adhibeant, & Notarios hujusmodi juramenta suscipientes graviter puniri, testatur Ferd. Arias de Mesa *d. l. Mol. d. D. 149. n. 15. & 16. Lugo de I. & I. D. 22. sect. 8. n. 243.*

De effectu autem hujusmodi legis & prohibitionis diversæ sunt Dd. opiniones. Sunt enim, qui existimant, juramentum contra hujusmodi prohibitionem præstitum planè non esse obligatorium, ita ut nec obligationem justitiæ in ordine ad hominem, neq; vinculum religionis in ordine ad Deum producat. Basil. Pont. *d. §. 5.* cui sententiæ etiam favere videtur Molin. *d. l. n. 13.* Enim verò quamvis hoc verum esse existimemus de effectu juridico, & obligatione justitiæ in ordine ad hominem, quæ aliàs ex illa promissione juramento facta oritur, quòd scil. illa per hujusmodi legem impediri possit. vid. *l. 5. C. de LL.* sicuti etiam expresse in regno Lusitaniæ & Castellæ sancitum, referente Molina, *d. disp. 149. n. 15. & 16.* quia promissio quoad vim & obligationem ad hominem legibus humanis subijcitur; Bonac. *de contractib. disp. 3. quest. 1. punct. 1. n. 13.* adeò, ut lex positiva impedire possit, ne ex promissione naturalis obligatio oriatur, uti ostendit

De ejus effectu.

B dit

dit Merenda *lib. 1. controu. cap. 9.* Attamen de vinculo conscientiae ex religione erga Deum aliud dicendum videtur, quod scilicet lex positiva siue humana directe illud per simplicem iuramenti prohibitionem impedire non possit. Nam iuramento de re licita ex voluntate praestito, naturam inest vis & potestas iurantem in conscientia & ex religione erga Deum ad eius impletionem adstringendi; & huiusmodi obligatio iuramenti effectus est quasi conatus, ac lege naturae impressus, ut igni nativum est calefacere. Franzk. *lib. 2. resol. 2. n. 18.* Sic Grotius, obligatio, inquit, à iuramento est inseparabilis, & effectus eius necessarius. *lib. 2. de I. B. & P. c. 13. n. 2. in fin.* Ex quo sua sponte sequitur, legem civilem non posse directe impedire hanc obligationem iuramenti, quam habet ex lege naturali & divina. Bonac. *d. l. & illum, qui huiusmodi iuramentum negligit, Deum contemnere, & proinde perjurii reum fieri.* Merend. *lib. 1. controu. c. 10.* Atque hanc sententiam post alios à se allegatos, etiam defendit Merend, *d. l.* Franzk. *d. l. 2. resolut. 5. n. 54. & seqq. ibi: quae conscientiam intime afficit, cui dominatur solus Deus.* Lugo *de I. & I. disp. 22. sect. 8. num. 245.* Per indirectum tamen etiam obligationem religionis lege positiva impediri posse, communibus suffragiis receptum, si nimirum lex positiva ipsum negotium, cui iuramentum accedit, praecise prohibeat; aut percipiat atque prohibeat, ne ille, cui aliquid iuratum promissum, illud exigat, aut etiam sponte oblatum accipiat. Lugo. *d. sect. 8. num. 24.* Franzk. *d. resol. 5. n. 57. & seq.* Verum priori in casu

casu iuramentum fit objectivè illicitum, uti ipsemet agnoscit Lugo d. l. vid. Laymann. dict. l. n. 9. vers. Enimverò. de quo hîc non disputamus. Posteriori verò in casu impeditur non tam ipsa obligatio religionis, quàm ejusdem executio, ita ut eo, cui juratum, promissum non accipiente, jurans adimplere paratus, sed ita impeditus, à labe & pœna perjurii excusetur. Aliter hanc rem explicat, & dictam vim iuramenti nativam nec per indirectum lege positiva tolli vel impediri posse, late defendit Merend. d. cap. 10. num. 4. & seqq.

10. Præstantur iuramenta vel de rebus præteritis & præsentibus aliquid asserendo, vel de futuris promittendo, vid. omninò Basil. Pont. de matrim. lib. 12. c. 8. num. 2. Laymann. in Theol. moral. lib. 4. tract. 3. c. 4. num. 4. Ratione præteritorum & præsentium requiritur veritas, & quidem vel ipsius rei, ut in iuramento veritatis, (vid. Zœl. in Comm. π. tit. de Iurejur. num. 10.) vel tantum credulitatis, in iuramento credulitatis. Ratione futurorum etiam Justitia. vid. Basil. Pont. de matrim. lib. 12. c. 8. §. 3. n. 18. Dunte de cas. conscient. c. 10. q. 38. vers. Tertium. verb. nota tamen in assertorio iuramento non requiri, ut materia sit justa & honesta, sed tantum ut actus sit justus. Zœl. d. l. n. 19. Hinc dicitur, quod iuramenta tres habere debeant comites: nim. iudicium (sc. in jurante, ne temerè & inconsideratè, sed cum matura & prudenti deliberatione ad illud procedat.) veritatem & justitiam, ratione sc. objecti. c. 26. X. de jurejur. c. animadvertendum. 22. q. 2. vid. Setser. lib. 1. de Juram. c. 18. per tot.

De quibus rebus iuramenta præstari possint

B 2

11. Ut



Promissoria
de rebus tan-
tum licitis.

De juramen-
tis bonis mo-
ribus contra-
riis.

II. Ut itaque juramentum promissorum valeat, requiritur, ut illud, quod eo promissum, sit justum & licitum. Juramentum enim non debet esse vinculum iniquitatis. *cap. 18. X. de jurejur. h. e. non ligat nec obligat ad iniquitatem. vid. Lugo de I. & I. disput. 22. sect. 8. n. 222.* Quare jurata promissio objective iniqua, quâ sc. illud promittitur, quod bonis moribus, juri divino & naturali est contrarium, & à jurante non nisi scelere adimpletur, est impia, *can. in malis promissis, 22. q. 4.* & ipso jure nulla; *cap. 58. de R. J. in 6. imò moraliter impossibilis; l. 15. ff. de Condit. Inst. Balduin. de cas. cons. lib. 2. c. 9. cas. 10. Lugo. de I. & I. disput. 22. sect. 8. num. 194. Frantzk. lib. 2. Resol. 5. n. 11. & seqq. Molin. de Just. & Jur. 2. disput. 146. n. 18. Felden. in Grot. de I. B. & P. 2. c. 13. n. 6. ibi: quia ob quod factum amissurus esset gratiam DEI promittens, ad illud faciendum sub amissione gratia divina alteri securitatem prestare nequit; ita ut in tali calu nec absolutio sit necessaria. Thumm. d. Juram. pag. 121. & seqq. Frantzk. d. Resol. n. 17. non obst. c. 12. X. de jurejur. vid. Zœs. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 60. in fin. Et qui temerè hujusmodi quid juratò promittit, si illud observat, auget reatum, & culpam culpæ addit. vid. *can. 3. 4. 5. & 10. caus. 22. q. 4. Amel. de cons. & ej. jur. lib. 4. cap. 22. n. 30. vid. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 13. n. 6. Basil. Pont. de matrim. lib. 12. c. 8. §. 2. n. 9 & seqq. ubi respondet ad contraria.**

Huc pertinent etiam juramenta immediate contra utilitatem publicam præstita, aut quæ in tertii redundat præjudicium: *cap. 28. in fin. X. de jurejur. cap. 2.*

cap. 2. de pact. in 6. Balduin. d. c. 9. cas. 8. Lugo
d. sect. 8. n. 227. Zæf. d. tit. num. 66.

Hinc etiam ille, qui iuravit, se nolle revelare se-
creta, in testem productus, iuramento illo non ob-
stante, veritatem dicere tenetur, per ea, quæ habet
Gail. 1. obs. 100. num. 4. & 5. ** Rutig. Ruland. de
Commiff. p. 2. lib. c. 11. & seqq. Sæfer. lib. 1. de In-
rament. c. 17. n. 21. & cap. 24. n. 12. & seq.

12. Jure Civili etiam illa iuramenta, quibus ali-
quid promittitur, quod jure positivo est prohibi-
tum, vel invalidum, licet remota juris positivi dis-
positione sit licitum & validum, tamen dicuntur
nulla & non obligatoria. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 5.
C. de LL. l. 112. in f. ff. de Leg. 1. Ex quibus appa-
ret illud, quod Grot. d. I. B. & P. 2. c. 13. num. 20.
in fin. vers. quod Romana leges. scribit, non simpli-
citer admittendum esse, uti etiam ostendit Bas. Pont.
de matrim. lib. 12. c. 8. §. 6. & §. 5. n. 41.

Secus est de jure Canonico, hodie hac in par-
te approbato, (vid. Seraphin, de privileg. juram.
privil. 66. & ibi Benckendorf. in addit.) quo ju-
ramenta, quæ in alterius, tertii scil. præjudicium
non redundant, nec observata vergunt in dispen-
dium salutis æternæ, atque sic sine peccato adimple-
ri possunt, sunt valida & servanda, licet ea, quæ illis
iuramentis sunt promissa, jure positivo sint invali-
da; cap. 28. X. de jurejur. c. 2. de pact. 6. Franzk. d.
lib. 2. resol. 5. n. 36. & seqq. ubi hoc latè probat &
exemplis illustrat; nisi lex positiva præcisè aliquid
fieri prohibeat. Hujusmodi enim lex obligat, licet
per indirectum, sub reatu conscientia, & ejus trans-
gressio

De juramen-
tis præstitis
super actib9
jure positi-
vo invalidis.

leat,
stum
vin-
non
I. &
nissio
quod
ntra-
, est
jure
pos-
conf.
sect.
seqq.
lden.
quod
s, ad
ri se-
nec
121.
X. de
n. 60.
omi-
ulpæ
et. de
de l.
n. lib.
aria.
con-
terti
ejur.
ap. 2.

gressio est peccatum, arg. *Epist. ad Roman. 13. v. 1. & seq. Petr. 1. c. 2. 13.* cujus vinculum non potest esse juramentum. vid. Layman, *in Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 6. n. 8.* & ap. Klock, *in Relation. Cam. 69. n. 32. & vol. 1. conf. 35. n. 379.* Idem dicendum, quando lex positiva aliquid irritum & invalidum pronunciat primariò propter publicam vel tertii alicujus privatam utilitatem, ita ut ejus transgressio immediatè & directè lædat utilitatem publicam, vel tertii privatam; ut est verb. gr. venditio armorum, frumenti & equorum exteris contra legis prohibitionem facta, arg. *dd. cc. & arg. c. si diligenti. X. de for. compet. Laymann. d. c. n. 9. Bach, ad Tr. vol. 1. disp. 21. th. 2. lit. b. verb. sed an jur. canon. Franzk. d. resol. 5. n. 20. & seqq. n. 73. & seqq. Lugo de I. & I. disput. 22. sect. 8. n. 227. Bonacin. de contract. disput. 3. quest. 1. punct. 1. n. 7. vid. omninò Seraphin. de privil. juram. privil. 61. num. 9. & seqq. & ibi Benekend. in addit.*

Si in odium ejus, cui juratur, res & ejus promissio, est illicita, invalida & non obligatoria, adhuc jure canonico juramentum est servandum, vid. *C. debitores, 6. X. de jurejur. Laymann. d. c. tr. 3. cap. 7. n. 1. Franzk. de resol. 5. n. 84. & seqq. Bonacin. d. punct. 1. num. 7. vers. Verum tamen est juramentum servandum esse.* Nam in hac quæstione, an juramentum sit obligatorium, respiciendum est ad personam jurantis, qui si sine culpa & peccato illud adimplere potest, obligatur, licet alterius, cujus gratia juratum, culpa adsit, *d. c. debitores, Merend. lib. 1. controuv. c. 11. n. 8. Molin. de I. & I. 2. disput.*

149. n. 18. quamvis interdum hic Magistratus partes suas interponat. vid. c. 1. & 6. X. de jurejur. & omninò Franzk. d. resol. 5. n. 99. & seqq.

13. An verò juramenta de actu & negotio quoad jus positivum invalido præstita, dictis in casibus, tantum vi & virtute religionis erga DEUM, atque sola reverentia invocati nominis divini servanda sit; an verò per illa etiam ipse actus validus & obligatorius reddatur? quæstio est; satis difficilis simulque maximi momenti. Nam si illud, ex ordinaria juramenti natura illi, in cujus favorem juratum, nullum jus, nec actio ad promissum exigendum quæritur; Merend. 1. controvers. cap. 2. num. 7. Feld. in not. ad Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 13. & 14. nec jurantis heredes ad illud obligantur; cum vis juramenti quoad reatum perjurii personam jurantis non excedat; quæ omnia secus in posteriori casu, uti videre est ap. Merend. lib. 1. controvers. cap. 2. num. 8. Frantzk. d. lib. 2. Resol. 6. n. 2. & seqq. Lugo. de I. & I. disput. 22. sect. 8. num. 187. & seqq. Bonacin. de contract. disp. 3. q. 1. punct. 1. num. 9. & seqq. Carpz. p. 2. c. 15. d. 15. in fin.

An juramentum de actu invalido præstitum etiã ipsum actum reddat validum.

14. Posterius, ipsos actus per hujusmodi juramenta confirmari, validosque reddi, communiter receptum esse dicitur, referente Frantzk. d. Resol. 6. num. 9. quod etiam amplectitur Bach. ad Tr. v. 1. disput. 21. th. 2. lit. b. verb. de donatione inter virum. Seraph. de privil. juram. priv. 61. num. 1. & seqq. & ibi Benekend. in addit. post Lefs. Sanchez. & alios Bonacin. d. punct. 1. num. 7. Lugo. d. sect. 8. num. 206. & seqq. vid. Molin. de I. & I. 2. disp.

v. 1. potest l. lib. Cam. dum, idum tertii reffio n, vel rum, hibi. X. de vol. 1. anz. de I. raft. era. q. & mif. thuc d. C. cap. cin. ra- an t ad llud jus nd. out. 149.



150. ubi illi, cujus in favorem juramentum est præstitum, hoc in casu actionem & contra jurantem, & contra ejus heredes concedit, sed non ex contractu & actu illo jure positivo irrito, sed ex ipso juramento, quod tamen refutat post alios Basil. Pont. *tr. de matrim. lib. 12. c. 8. §. 1.* Cum enim, inquit, obligatio ex juramento descendens oritur ex invocatione sanctissimi nominis divini, ei immediatè acquiritur, & per consequens ex hac obligatione non potest is, cum quo facta fuit conventio, utilitatem capere directè, sed indirectè tantum, prout necesse est, ut DEO debitus cultus tribuatur. Merenda. *lib. 1. contro. c. 2. num. 7. per cap. debitores. X. de jurejurand. cap. 4. de his, quæ per vim metumve fiunt.* Consentit Felden. *ad Grot. lib. 2. c. 13. num. 13.* Scribens: *Ex promissorio malè actionem quandam jure natura oriri putant ad promissum consequendum; quia actio ad promissum consequendum ex ipso negotio fluit; juramentum tantummodo securum reddit stipulantem seu creditorem. Et hæc causa est, quare rectè jus Romanum actionem deneget ei negotio, ex quo alias actio non nascitur, licet jusiurandum adiectum sit. Si enim promissa non servet promissor, habebit tormenta conscientie, quæ dicitabit, cum extra Dei gratiam esse, & maximo bono destitui, sentietq; pœnam divinam, quæ DEO committenda erit. Quamvis magistratus cuius officium est crimina punire, levitati isti pœnam constituero teneatur, ut ad minimum tales homines è societate civili eiiciantur.*

15. Sed contrarium, jurantem sc. tali in casu solo vinculo religionis & conscientiae, non ex justitia & natura contractus, ad promissa implenda adstringi, tanquam de jure verius, post multos alios, latè defendit Basil. Pont. *tr. de matrim. libr. 12. c. 8. §. 7. per tot.* Dn. Franzk. *d. resol. 6. num. 11. & seqq.* uti ex Alciato refert, non constare, quæ harum sententiarum sit communior. Hanc etiam sequitur Carpzov. *p. 2. c. 15. d. 1. in fin. & Trentacinq. libr. 2. tit. de minor. resol. 1. num. 17. vers. dictum fuit.* Merend. *1. controu. cap. 1. ubi num. 23.* hanc sententiam in Gallia observari refert. Negotium enim Legislatoris potestati subiectum ab ejusdem lege in totum reprobatum nullam producit obligationem. *l. 5. C. d. legib.* Juramentum autem privati, eidem vim obligandi restituere, atq; sic dispositionem juris civilis tollere haut potest, idq; sive respiciamus propriam ejus naturam, *arg. c. si diligenti. de foro compet. c. venientes. de jurejur.* sive juris dispositionem, uti ostendunt Franzk, Pont. & Merenda, *dd. ll.* His accedit etiam Samuel Pufendorf, scribens: *Nam juramentum in se non facit, ut promissum aut pactum alias in se ex solo jure natura valens, efficaciam juris civilis obtineat, nisi forte lex civilis circa quadam pacta peculiariter hanc ipsi vim adsignaverit.* *libr. 1. Elem. jurisprud. univers. c. 12. num. 41. in fin.*

Atque hanc sententiam etiam plurimi ex dissentientibus admittunt, si actus in odium & ob culpam illius, in cujus favorem juratur, sit prohibitus, & ipse sine culpa illud, quod promissum, exigere

C

& acq

& accipere non possit: ut si alicui juramento usuræ illicitæ fuerint promissæ. vid. Bonacin. *d. p. 1. n. 7. vers. respondeo secundo. & seq. vers. dixi modo aliqua turpitudine.* Lugo. *d. sect. 8. n. 226. 230. & seqq.* Laymann. *in Theol. moral. d. tr. 3. c. 7. num. 1. & c. 8. n. 2.* vid. Seraphin. *de privil. juram. privil. 61. num. 14.* & ibi Benekendorf. *in addit.* Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 32. num. 12.* Dictam sententiam posteriorem limitat, si res non amplius sit integra sed rei traditione confirmata, Franzk. *d. resol. 6. n. 25. & seqq.* quem omninò vide.

An juramenta præstanda de rebus parvi momenti, impossibilibus,

vel indifferentibus.

16. Præterea ratione objecti notandum & cavendum, ne ob res parvi momenti juramenta exigantur & præstentur. Thumm. *tr. de Jurament. pag. 51. vers. si verò duarum. & pag. 67. & seq.* Balduin. *de cas. conscient. libr. 2. cap. 9. cas. 4.* multo minus verò de rebus impossibilibus. vid. Thumm. *d. tr. pag. 70.* Grot. *de I. B. & P. libr. 2. c. 13. n. 8. & 9.* Si tamen de illis rebus, scil. exiguis, juramentum fuerit præstitum, jurans illud quoque sub reatu perjurii adimplere tenetur. Balduin. *d. cap. 9. cas. 11.*

17. Si juramentum fuerit præstitum de facto in individuo indifferente, quod, an fiat, an non fiat, nullius interest, communiter traditur, quod illud non sit obligatorium, nec implendum, Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 6. num. 3.* Basil. Pont. *tr. de matrim. libr. 12. cap. 8. §. 3. num. 18. & seqq.* Balduin. *d. c. 9. cas. 9.* Verùm quamvis hujusmodi juramentum vix detur, nec illo jurans ex justitia obligetur, *arg. l. 38. §. 17. D. de V. O.* attamen eundem ad ejus observationem reverentia & religione invo-

invocati nominis divini obligatum esse, suadere videtur *cap. 28. X. de jurejur. & c. 2. de pact. in 6.* Licet enim hujusmodi iuramentum sit temerarium, attamen exinde non sequitur, quod non sit servandum, vid. *Thumm. tr. d. juram. p. 112. ibi: proinde etiam inconsiderata illa iuramenta sunt servanda, nisi manifesta in se continent peccata.* *Laymann. d. c. 6. num. 2.*

18. Tandem enunciatio sive assertio & promissio, in cujus majorem fidem Deus invocatur, debet esse certa & clara, sine omni verbali & mentali æquivocatione; utpote qua qui in hoc actu religioso utitur, ille ipsam juramenti naturam & principalem finem, nim. ut enunciationi major fides concilietur, & de illa alii certiores atq; securiores reddantur, evertit, proximum fallere studet, & ad hoc Deum in testem vocat cum maxima divini nominis profanatione & illusione. vid. *Amel. de consc. & ej. jur. lib. 4. c. 22. n. 18. & seqq. Balduin. d. cas. conf. lib. 2. cap. 9. cas. 7. Felden. in Grot. 2. cap. 13. num. 3.* Assertio itaque & promissio jurantis ex ejus conscientia conformis debet esse enunciationi sive quaestioni propositæ, & sensui illius, quem jurans de illa enunciatione vult & debet reddere certiore & securiore. & dictis testem adhibens DEUM, dicta debet facere vera, quomodo scit, vel probabiliter credit, illa accipi ab eo, qui cum ipsi est negotium. *Amel. d. l. Grot. d. Iur. bell. & pac. lib. 2. c. 13. n. 3. & ibi in not. Felden. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. num. 8.* Atque hoc est, quod Isidorus scribit: *Quacunque arte verborum quisque*

Enunciatio debet esse clara, & sine omni æquivocatione.

C 2

juret,

usu-
1. n.
ali-
seqq.
&
61.
z. de
iam
gra,
6. n.
ca-
exi-
pag.
luin-
inus
l. tr.
&
tum
eatur
f. 11.
to in
fiat,
illud
ann-
ont.
seqq.
modi
stitia
eun-
ione
nyo-

juret, Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit; dupliciter autem reus fit: quia & DEI nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit. c. quacunq. 22. q. 5. uti & Augustinus: Perjuri sunt, qui servatis verbis, expectationem eorum, quibus juratum est, deceperunt. Epist. 224. vid. omninò Theod. Thumm. tr. de juram. & Iesuitar. equivocat. pag. 146. & seqq.

Iuramenta
an & quales
tacitas ad-
mittant con-
ditiones.

19. Licet autem mentales retentiones licitæ non sint, illæ tamen conditiones, quæ ex juris dispositione, vel natura negotii, cui iuramentum accedit, eidem insunt, rectè tacitè subintellectæ dicuntur, quemadmodum. 25. X. de jurejur. Ames. de consc. lib. 4. c. 22. num. 26. Laymann. Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 9. n. 4 & seqq. Basil. Pont. de matrimon. lib. 12. c. 8. §. 1. num. 7. Ferd. Arias de Mesa. lib. 3. resol. cap. 33. num. 1. & seqq. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 13. n. 3. ferè in fin. ibi: Nam aliud est, si quas conditiones ipsa negotii natura apertè indicet. & postea jure allegantur atque opponuntur; ita ut v. gr. venditor, qui rem venditam sese traditurum, & debitor, qui spe futuræ numerationis pecuniam sese restitutum, juravit, exceptionem pretii nondum soluti, & pecuniæ non numeratæ opponens, nihil contra iuramentum peccare censeatur, l. ult. C. de non num. pec. arg. l. 13. §. 8. ff. de Act. Empt. arg. l. ult. D. qui satisfac. cog. Mesa d. c. num. 4. & seqq. vid. Balduin. lib. 2. cap. 9. cas. 17. n. 3. & seqq. Thumm. d. tr. pag. 96. Jusjurandum enim negotii naturam non immutat, nec extrinsecus auget, sed eandem hac ratione sequitur, ejusdem condi-
culum

tiones recipit, & intra suos limites permanenti vinculum religionis annectit. Munoz. *de ratiocin. cap. 4. num. 8.* Basil, Pont. *d. §. 1. n. 7.* Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 9. n. 6. & c. 11. n. 2. vers. altera pars.* vid. Setser. *d. juram. lib. 1. c. 25. n. 18. & seqq.*

Præterea omni iuramento etiam sequens conditio inesse dicitur: *Si potuero. per c. querelam. 10. c. Quintavellis. 23. X. de iurejurand.* Si verò promissum non absolutè fiat impossibile, sed tantum difficile, jurans omnem operam, quam potest, dare debet, ut quod juravit, impleat. Grot. *d. c. 13. n. 9.* vid. Anton, Matth. *de Crimin. libr. 47. D. tit. ult. c. 1. in fin.*

Item in rebus, quæ superioris potestati subjectæ: si ipsi etiam placuerit, aut salvo jure & autoritate superioris. Balduin. *d. cas. conscient. lib. 2. c. 9. cas. 18. v. si jurans* Laymann. *d. c. 9. num. 4.* Ames. *d. l. Brussel. de conditionib. libr. 4. tit. 1. num. 39.* ubi tradunt plures hujusmodi conditiones; quæ tamen non admittuntur, si appareat, aliud inter partes fuisse actum, vel lege diversum quid constitutum. Zœl. *in Comm. π. tit. de iurejur. n. 87.*

Præterea nec ultra receptum loquendi morem iuramenti significatio est extendenda. Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 13. num. 5.* sed propter gravem, quam in se continet iuramentum, religionis obligationem, atque perjurii periculum, in dubio strictè est interpretandum. *c. 1. de iurejur. in 6.* Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 9. num. 1.* neque extendendum ad ea, de quibus tempore interpositi iuramenti probabiliter non fuit cogitatum. Gail. *1. obs. 100. n. 5.*

C 3

Ames.

De Iuramentorum interpretatione.

Ames. de conscient. lib. 4. cap. 22. num. 25. & seq. Klock. vol. 1. conf. 35. n. 372. & quæ, si juranti in mentem venissent, ipse verisimiliter excepisset. Laymann. d. c. 9. n. 3. Ames. d. c. 22. n. 26. in fin. Plura de juramentorum interpretatione, tradit Setser. lib. 1. c. 26. per tot. & Thum. de juram. p. 177. & seqq.

Forma juramenti essentialis.

20. Essentialis juramenti forma est veri DEI invocatio, ut ipse sit vindex & ultor mendacii & perfidiae invocantis. vid. Theod. Thumm. tr. theol. de juram. p. 8. & seq. Juramentum enim eum in finem interponitur, ut enunciationi major fides concilietur, alter de ea securior reddatur, simulque jurans ad assertionis veritatem, & promissi præstationem eo magis adstringatur; idque sub periculo amittendæ gratiæ divinæ, sine qua nemo salvus esse potest, & metu æterni exitii. Eapropter ille solus est invocandus, qui est omniscius, justissimus & omnipotens, ut nim. omnia sciat, & mendaces atq; fallentes punire velit ac possit; qualis est solus verus DEUS. Deuter. 6. vers. 13. cap. 10. vers. 20. Thumm. d. tr. pag. 72. & seqq.

De iuramento per falsos Deos.

Ex quo sua sponte sequitur, non esse jurandum per falsos Deos. Jerem. 5. vers. 5. Si tamen quis juraverit per illud, quod pro vero DEO erronea conscientia colit, ille firmiter inde obligatur, & pejerans in verum DEUM peccat, atque perjurium committit. Ipse enim in genere veri DEI gratiam spernit, & æterno exitio sese subjicit. vid. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. num. 12. & ibi Felden. in not. Balduin. de casib. conscient. libr. 2. cap. 9. cas. 3. & 13. vers. alii referunt in fin. Theodor. Thumm. tr.

Theolog.

Theolog. de Iuram. pag. 7. ibi: Unde infidelis putans Jovem esse Deum, est perjurus saltem affectu & culpa, si falsum juret, &c. & pag. 86. 88. & seqq. item pag. 193. Unde si res sit Christiano cum Gentili, qui verum DEum non novit, & magna causa adsit, quæ juramentum à Gentili exigat, ab ipso quoque juramentum per DEum creatorem cœli & terræ, aut in genere peti, & postea tale juramentum, quale haberi potest, recipi posse, tradunt arg. c. 31. vers. 53. Genes. l. 5. §. 1. ff. de jurejur. Amel. de consc. lib. 4. c. 22. num. 40. Balduin. d. c. 9. cas. 3. Dunte. de casib. conscient. cap. 10. sect. 1. quest. 52. Grot. d. c. 13. num. 12. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 13. Augustin. Epist. ad public. 154. cujus sententia refertur in can. movet te. 16. caus. 22. quest. 1. De Judæorum juramentis vide Ord. Camer. part. 1. tit. 86. Myns. 6. obs. 20.

21. Ex dictis simul apparet, per creaturas non esse jurandum. Juramentum enim est species cultus soli DEO debiti, quo gloria omniscientiæ, justitiæ ac omnipotentia ipsi tribuitur. vid. Gerhard. Loc. Theolog. tom. 2. de Lege morali. §. 119. Dunte. d. sect. 1. quest. 27. Balduin. d. c. 9. cas. 2. Amel. d. c. 22. n. 6. & seqq. cap. 26. X. de jurejur. & omninò Thumm. tr. de jurament. pag. 72. 74. & seqq. maxime pag. 82. in fin. & seqq. p. 83. 86. 87.

An per creaturas jurari possit.

22. Non a. sufficit ad juramenti formam quælibet invocatio Dei, sed requiritur, ut Deus invocetur tanquam vindex & ultor mendacii & perfidiæ, atq; ipse jurans, si falsum asseveret, aut promissum non præstet, ad æternum exitium sese devoveat.

Ad formam juramenti qualis requiritur invocatio.

Hinc

Varia jurandi formula.

Hinc si quis diceret: *Hoc faciam, Deus me adjuvet, aut si Deus me adjuvet*; non juramentum, sed votum & conditio esset. Fit autem illa obtestatio, & sui devotio variis modis & verbis: v. gr. DEUS me perdat. Gott straff mich. ita me DEUS adjuvet, amet, ita mihi sit propitius; als mir Gott helff. So wahr mir Gott helffe. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 6. n. 18. vid. omnino Theodor. Thumm, tr. theolog. de Jurament. pag. 7. 8. 9. 35. qualis formula hodie ad solenne & corporale requiritur juramentum. Carpzov. I. F. p. 2. c. 16. d. 6. num. 16. & seqq. & p. 2. decis. 199. n. 14. cui alicubi additur: und sein heiliges Evangelium. Ord. Camer. 1. tit. 57. & seqq. Rauchbar. p. 2. quest. 2. n. 52. vid. Thumm. d. tr. pag. 81. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 15. Item Deus sit testis, testor DEUM, Gott sey mein Zeug. c. 26. X. de jurejur. ferè in med. Nam ita jurans scit, & scire debet, DEUM, ut justissimum, velle, & tanquam omnipotentem posse perjuros punire, proinde eo ipso, dum illum in testem vocat, simul severo ejus judicio sese, si fallat, subjicere omnino videtur. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 10. Barschamp. tr. de clausul. cap. 30. §. 1. n. 22. & c. 29. §. 1. n. 14. vid. Laymann. Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 1. n. 4.

22. Alii alias quoque hujus invocationis & jurandi referunt formulas: ut per Deum; par Dieu, per Dio sancto: Bey Gott: So wahr Gott! Gott ist. So wahr Gott lebet. Deus novit, Gott weiß es! daß es also ist. Barschamp. d. c. 29. §. 1. Rauchbar. p. 2. quest. 2. n. 27. Grav. lib. 2. concl. 69. n. 23.

Deus

DEUS scit, me verum dicere, modò non appareat, hæc & similia verba solo sensu enunciativo, aut ex mala consuetudine, sine jurandi, & DEUM invocandi animo prolata esse. vid. Laymann. *dict.* l. quamvis hujusmodi quoque consuetudo, quâ Nomen DEI in vanum assumitur, grave sit peccatum, & DEUS interminetur omnibus illis, qui nomen ejus parum reverenter usurpaverint. *Exod.* 20. *vers.* 7. *Deuter.* 5. v. 11. vid. Balduin. *d. c. 9. cas.* 15. *vers.* ad perjuriam. Klock. *tom. 3. conf.* 78. n. 15. & 16. Illa verba in enunciationis confirmationem prolata: *beym Wort der ewigen Wahrheit* / etiam jurantia esse, & juramentum sapere, tradit Rauchbar. 2. q. 2. *num.* 54. Carpzov. *p. 2. c. 16. d. 6.* Finckeltauf. *obs.* 116. qui hæc verba etiam, ubi juramentum solenne & corporale requiritur, sufficere putat; quod tamen alii non admittunt. Carpz. *d. def.* 6. vid. Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 2.*

22. De illis formulis execrationis, in quibus fit mentio propriæ animæ, æternæ vitæ, salutis, damnationis: verb. gr. per animam meam, *bey meiner Seelen* / *bey meiner Seelen seeligkeit* / *Ich wil nicht seelig werden* / *Ich wil nicht in Gottes Reich kommen* / *sein angesicht nicht schauen.* multi tradunt, illis jurari directè per DEUM, utpote à quo hæc omnia dependent, & quibus ipse solus, tanquam justus, omniscius & omnipotens iudex eos privare potest. Unde ita jurans etiam ejus severo iudicio hæc omnia subicere videtur. Amel. *d. c. 22. n. 15.* Barschamp. *d. cap. 29. §. 1. n. 17. & seqq.* vid. Grot. *d. c. 13. n. 11.* Franzk. *in Comm. π. tit. de jurejur.*

D

n. 23.

juvet,
otum
& sui
S me
juvet,
f. So
6. n.
og. de
die ad
Car-
p. 2.
heill
seqq.
d. tr.
n. 15.
meit
a ju-
num,
uros
n vo-
jice-
c. 13.
n. 22.
oral,
x ju-
Dieu,
Gott
weiss
uch-
n. 23.
Deus



n. 23. Hinc etiam in l. 33. D. de jurejur. dicitur: *Qui per salutem suam jurat, licet per Deum jurare videatur, (respectu n. divini numinis ita jurat.) attamen si non ita specialiter jusjurandum ei delatum est, jurasse non videtur.* Rauchb. 2. q. 2. n. 49. Alii tamen existimant, illas formulas, in quibus nomen Dei expresse non ponitur, tantum graves obtestationes aut vehementes asseverationes, vel juramenta indirecta esse. vid. Gerhard. d. §. 119. Thumm. tr. d. juram. pag. 80. 87. & 90. vers. quarto queritur. ubi etiam de illa formula: *auff mein Blut.* Illud certum, quod hujusmodi formulæ, ubi corporale & solenne juramentum requiritur, non sufficiant, arg. l. 33. l. 3. §. 1. ff. de jurejur. Barschamp. tr. de claus. 6. 30. n. 20. 28. & 30. Carpz. I. F. p. 2. c. 16. d. 6. n. 12. & seqq. vid. Rauchbar. p. 2. q. 2. n. 76. & seqq.

Illæ asseverationes, quæ fiunt per alienam salutem, v. gr. Principis aut liberorum, vid. l. 4. l. 13. §. f. D. de jurejur. l. 2. C. eod. l. 41. C. de transact. vera juramenta non sunt. Cùm nemo alienam salutem exitio & æternis pœnis, licet velit, devovere possit; quod tamen in vero juramento jurans omnis facit, & sub amissione gratiæ æterni Numinis, adeoque maximi boni alterum securum reddit. vid. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 22. Thumm. d. tract. p. 80. Pufendorf. libr. 1. Element. jurispr. univers. c. 12. num. 40. Felden. in not. ad Grot. lib. 2. c. c. 13. n. 1. & 21. item num. 11. Rauchbar. p. 2. q. 2. n. 23. & seq.

24. Asseveratio *auff mein eyd; bey meinem eydt* deliberatè ad dicti vel promissi sui confirmationem,
Ipon-

Spontè vel ad mandatum Judicis facta, puta, si iudex dicat: promitte juratus. *Gelobe an auff dein Eyd*, & alter annuat & promittat, non quidem corporale, sed verum tamen iuramentum esse censetur. Laym. in *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 2. num. 1.* Rauchbar. 2. q. 2. num. 63. Hæc enim videtur esse consuetudo, inquit Laymannus *d. l.* ut formula illa verborum pro iuramento usurpetur ac accipiatur; jurare autem videtur, qui deliberatè sciens & intelligens, in enunciationis suæ confirmationem, talia profert verba, quibus communiter iuramentum præstari solet. vid. *preced. num.* Jure tamen Canonico, qui aliquid promittit per iuramentum antea præstitum, ad novum promissum non jurisjurandi religione obstrictus dicitur. *c. pen. X. de jurejur.* ibi Canis. Unde communis est Canonistarum regula: quoad effectum veri iuramenti, & ad perjurium non sufficit relatio ad aliud iuramentum, tametsi ea fiat per ipsummet jurantem, Covarr. in *c. quamvis d. pact.* in 6. p. 1. præf. n. 8. in fin. & nn. seqq. Setser. libr. 1. *d. iurament. c. 16. n. 12. & seqq.* ubi num. ult. agit de præcepto superioris facto *bey Eyd* pſichtens sub pœna præstiti iuramenti; de quo etiam Thum. *tr. de juram. pag. 194. vers. queritur quem sensum.*

25. Asseveratio, quæ fit loco iuramenti, an *eydsstatt* / an *rechte geschwornen Eydstatt* / proximè quidem ad iuramentum accedit, ita ut nonnulli existiment, illam iuramentum esse, Barschamp. *de claus. c. 29. §. 4. num. 48.* ibi: *statuimus illam inducere iuramentum, &c.* Gœden. *cons. 103. n. 98.* Rauchbar, p. 2. *quæst. 2. n. 59. & seqq.* aut ad minimum

D 2

jura-



juramento æquipollere, Barlchamp. *d. l. n. 48.* atq; vim juramenti habere. Cothman. *respons. Academ. 17. n. 41. & seq.* Gylmann. *decis. voc. juramentum calumnia. vers. effectus juramenti.* Verius tamen est, hujusmodi assertionem verum juramentum non esse, sed hoc saltem indicare, quòd tam vera sit, ac si jurata esset, quod tam firmiter observare velit promissa, ac si jurasset, Laymann. *d. l. vers. dico secundo.* Cothmann. *vol. 4. Resp. 4. num. 358.* uti hoc pluribus probat & ad contraria respondet Rutig. Ruland. *de Commissar. p. 2. lib. 2. cap. 11. num. 31. & seqq.* Speckhan. *1. q. 4. in fin.* Bachov. *ad Treutl. v. 1. disp. 21. th. 1. lit. a. verb. vulgata hodierno usu.* Græv. *2. concl. 59. n. 35.* Setser. *d. c. 16. n. 14.* Unde etiam testes, licet testificentur an *Eydsstatt* / tamen adhuc dicuntur injurati. Klock. *relat. Camer. 49. n. 23.* Pruckmann. *1. consil. 48. n. 215.* Ruland. *d. l.*

Et quamvis secundum nonnullos Dd. quibusdam in casibus & locis vim & effectum juramenti habeat hujusmodi asseveratio: tamen illud habet magis ex consuetudine, quàm ex propria natura & essentia.

Illud etiam certum, quod in causis, quæ corporale & solenne juramentum requirunt, talis asseveratio, an *Eydsstatt* non sufficiat, Barschamp. *d. tr. cap. 30. §. 1.* Carpzov. *p. 2. c. 16. d. 6.* Rauchbar. *1. quest. 34. n. 16.*

26. Illæ formulæ: in fide, in veritate, in conscientia, certè, certissimè, mit gutem gewissen / in gutem trawen und glauben / non sunt juramenta. Quia non novam attestationem addunt testimonio confirman-

firmando, sed illud tantum serium, deliberatum, sincerum & certum esse declarant. Thumm. *tr. d. Iurament.* pag. 83. Amel. *de conscient. lib. 4. cap. 22. n. 16.* vid. Laymann. *in Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 2. n. 4. & 5.* Zœf. *in Comm. π. tit. d. jurejur. num. 13. & 14.* Idem dicendum de illis: bey wort der warheit. Rauchbar, *d. q. 2. n. 55.* Carpzov. *p. 2. c. 16. d. 6.* Bey meinen wahren Worten und guten Glauben; Bey meinen Ehren und Trewen; So wahr ich ein ehrlicher Mann/ ein ehrlich Weib/ eine ehrliche Jungfrau bin; Bin ich ehren werth. Man soll mich nicht vor einen ehrlichen Mann/ Weib/ oder Jungfrau/ nicht vor einen ehrlichen Gesellen halten; ich will nichts werth/ oder ein Schelm seyn: bey reutschen traw und glauben/ &c. Quamvis hisce quoque formulis fides obstringatur, & adversarius sub fidei & existimationis amissione, si fallat, quodammodo securus reddatur: at tamen juramenta non sunt, utpote quæ sine Dei invocatione fieri nequeunt. vid. Barschamp. *d. tr. de claus. cap. 31. §. 1. & §. 3. num. 57. & seqq.* Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 2. num. 2.* ubi ad textus juris canonici pro contraria sententia adductos respondet, vid. etiam Rauchbar. *d. q. 2. n. 71. & seqq.* Felden. *in not. ad Grot. d. c. 13. in fin.* Inter mercatores verba illa: bey trew und glauben/ juramento æquipollere, post alios scribit Johan. Marquard, *de jur. mercator. lib. 2. c. 8. n. 3.*

27. Quod de præcedentibus formulis dictum, illud etiam de sequentibus dicendum: Bey Königlichem/ Fürstlichen/ Grävlichen/ Herrlichen/ Adelichen

Uthen ehren/ treu und glauben. Cum in hisce quo-
 que deficiat formalis juramentorum ratio. Bar-
 schamp. d. c. 31. §. 4. per tot. Bachov. ad Treutler.
 vol. 1. disp. 21. thes. 1. lit. a. verb. vulgata. Græv.
 2. conclus. 59. n. 1. & 2. Franzk. in Comm. π. tit. de
 jurejur. n. 28. & seqq. Zæf. d. l. n. 13. Quamvis in
 personis illustribus, certis in locis & quibusdam in
 causis hujusmodi asseverationes hodie & de con-
 suetudine vim & effectum juramentorum habere
 dicantur. vid. Barschamp. d. cap. 31. §. 4. num. 94.
 Mynf. 1. obs. 17. ** Gail. 2. obs. 59. num. 2. & 7. &
 alii allegati à Carpzov. p. 2. c. 16. d. 5. n. 2. Ruland.
 de Commiss. p. 2. lib. 2. cap. 11. n. 41. & seqq. Rauch-
 bar. p. 2. quest. 2. n. 56. ubi de consuetudine Ger-
 maniae testantur, Quod tamen in foro Saxonico
 non observatur, sed ibi tantum pro simplici pro-
 missione habentur, nec juramento æquiparantur.
 Rauchbar. d. p. 2. quest. 2. n. 58. Carpzov. d. def.
 5. n. 4. Sic etiam in aliis locis, ubi hujusmodi as-
 sertiones juramento æquiparantur, tamen in illis
 causis, quæ corporale & solenne juramentum re-
 quirunt, non admittuntur. arg. l. 3. C. si quis se majo-
 dix. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 28. & 29.
 Rauchbar. d. lib. 2. q. 2. num. 76. ut in testimonio
 dicendo. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 45.
 & seqq. Græv. lib. 2. conclus. 59. n. 2. & 3. & causis
 aliis, de quibus Rauchbar. d. q. 2. n. 87. & seqq.
 vid. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 21. thes. 1. lit. a.
 verb. vulgata. Bocer. class. 6. disp. 7. th. 17. th. 76.
 vid. omninò Græv. d. conclus. 59. Setler. d. juram.
 lib. 1. c. 16. Præterea notandum, quòd, licet dictæ
 formu-

formulæ moribus quorundam locorum interdum vim iuramenti habeant, illarum tamen violatores perjurii crimen & pœnam non incurrant. Rauchbar. d. q. 2. n. 74. & seq. Diss. Matth. de crimin. lib. 47. ff. tit. ult. c. 1. n. 4.

28. Leges civiles, ut major sit iuramentorum reverentia & religio, quibusdam in causis, ad illa certos requirunt ritus, de quibus vid. Alex. ab Alexand. libr. 5. genial. dier. c. 10. Balduin. de casib. conscient. libr. 2. cap. 9. cas. 6. Barschamp. d. tr. de clausul. cap. 30. n. 1. & seqq. Rauchbar. d. quest. 2. num. 78. & seqq. Thumm. tr. d. iurament. p. 124. & seqq. Sic hodie in quibusdam locis requiritur, ut à masculis duo priores digiti, vid. art. 107. Ord. Crimin. Carol. V. alibi etiam pollex, erigantur, vel liber Evangeliorum tangatur, aut manus mulieris dextra ad pectus sinistrum ponatur; Carpz. libr. 3. respons. 49. n. 4. vid. Balduin. d. c. 9. cas. 6. Barschamp. d. c. 30. n. 24. Rauchbar. d. quest. 2. n. 88. Setser. lib. 1. de juram. c. 15. n. 6. & seqq. & hisce conceptis verbis juretur: Als mir Gott helff. Carpzov. p. 2. c. 16. d. 6. n. 6. Quæ externæ solennitates, licet ad formam iuramenti substantialem non pertineant; neque Deus ceremonias illas, sed cor ipsum respiciat; c. iuramenti. 22. quest. 5. Franzk. in Comm. π. tit. de jurejur. n. 17. ad iuramentum tamen solenne & corporale, zu einem sterlichen / gelehrten / leiblichen oder körperlichen End / quod in quibusd. negotiis in specie requiritur. vid. Rauchbar. d. quest. 2. n. 80. & seqq. omninò sunt necessaria, ad eò ut per æquipollens suppleri non possint,

De forma
Iuramentorum
accidentali.

sint, nec in illis negotiis sufficiat formale juramentum, nisi etiam sit solenne & corporale. Ruland. *d. c. 11. n. 34.* Barschamp. *d. c. 30. §. 1. per tot.* Carpz. *d. def. 6.* Rauchbar. *d. quest. 2. n. 89.*

Interdum etiam alia ceremoniæ adhibentur, v. gr. duæ candelæ cereæ accenduntur, januæ & fenestræ aperiuntur, &c. Barschamp. *d. c. 30. n. 14.* Balduin. *d. cas. 6.* sed hæ licet omissæ, & priores tantum observatæ fuerint, juramentum tamen dicitur corporale. Rauchbar. *d. n. 89.* Carpzov. *lib. 3. Resp. 49. n. 5.* Hinc si quis adversario suo jusjurandum cum hisce & similibus ceremoniis præstandum deferret, ipse verò ad formale & corporale juramentum in communi forma, sine illis ceremoniis præstandum, sese offerret, & inconsuetas ceremonias, ne illis tanquam de perjuro suspectus traduceretur, repudiaret; hunc potius audiendum esse tradit Annæ. Robert. *1. rer. judic. 11.* ** Franzk. *in Comm. n. de jurejur. n. 18.* Tulden. *in cod. d. t. n. 2.* Hieron. à Laurent. *decis. 7. n. pen. & ult.* **

Iuramentum
quomodo
differat à
voto.

29. Ex dictis simul apparet, quomodo differat juramentum à voto Deo facto: Hoc enim homo Deo aliquid observandum promittit. vid. Balduin. *de casib. conscient. libr. 2. c. 8.* Laymann. *in Theol. moral. libr. 3. t. 4. c. 1. n. 1.* unde ejus obligatio descendit ex fidelitate per promissionem Deo factam. Franzk. *libr. 2. resol. 1. n. 24.* Verùm in juramento, qua tali, Deo nihil promittitur, sed nomen saltem ejus ad promissionem confirmandam assumitur & invocatur, adeoque obligatio ejus non ex quadam fidelitate, sed solum reverentia divini nominis,

minis, quam homo ipsi exhibere tenetur, efficitur, Franzk. d. resol. n. 25. & seqq.

30. Effectus itaque iuramenti in genere, quem illud per se & sua natura producit, est obligatio religionis erga Deum, qua jurans obligatur Deo, ad enunciationis, de qua juratum, veritatem & fidem; ut nim. verba animo congruant, & verbis congruat factum. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. num. 13. sive ut in assertorio candidè veritatem dicat, & in promissorio etiam promissum fideliter impleat, atque sic iuramentum sanctè & inviolabiliter servet. vid. Setser. lib. 1. de juram. c. 25. n. 2. & seqq. Is stabit in loco sancto, qui jurat proximo suo, & non decipit. Psal. 15. v. 4. Maledictio autem veniet in domum jurantis in nomine meo mendaciter. Zach. 5. v. 4. Ero testis velox perjuris, inquit Dominus. Mal. 3. v. 5. Deo itaque directè & immediatè obligatur, qui eum testem & vindicem mendacii & perfidiæ invocavit, & quidem ex religione & reverentia divini nominis, quam homo ipsi exhibere tenetur. Franzk. d. l.

Effectus Iuramenti in genere.

Licet enim iuramentum utplurimum proximo præstetur, ut ipse inde magis certus & securus reddatur: attamen eidem, homini sc. cui juratum, ex iuramento, qua tali, & secundum ejus propriam naturam, nullum jus contra jurantem quæritur, quo ille ab hoc invito aliquid possit exigere. Juramentum qua tale est actus religiosus, qui fit inter Deum & hominem; est invocatio DEI, & ipsa numinis divini attestatio. Franzk. in Com. π. tit. de jurejur. n. 6. & lib. 2. resol. 1. n. 18. ibi: iuramentum enim

An ex Iuramento, qua tali, etiam illi, cui juratur, ius quæritur.

E non

men-
nd. d.
Carpz.
ur, v.
& fe-
n. 14.
riores
en di-
lib. 3.
jusju-
estan-
porale
emo-
as ce-
ectus
ndum
anzk.
d. t.
**
fferat
omo
duin.
beol.
o de-
tam.
nen-
a sal-
umi-
n ex
no-
inis,



non in ipsa promissione consistit, sed in invocatione nominis divini ad illam confirmandam, quæ in ordine ad proximum fit, non ut inde proximo jus quærat, sed ut ipse de dicti veritate, & jure ex promissione quæsito, vel quærendo, aut promissi præstatione, magis certus & securus reddatur. Hinc etiam dicitur, quod debitores jurati cogendi sint Domino reddere juramenta, in cap. debitores. 6. X. de jurejur. Et hoc est, quod post Innocent. Vasq. Sanch. Suar. & alios tradit Basilius Pontius libr. 12. d. matrim. cap. 8. §. 1. n. 4. scribens: Juramentum natura sua solam habet vim inducendi obligationem ex religione provenienti. Quod si aliam aliquando habet, non ex ejus natura, sed ex juris dispositione proveniat, necesse est. Franzkius: in Com. π. tit. de jurej. n. 5. ibi: Juramentum in natura sua consideratum juris divini est, & respectum ad Deum habet; unde ex virtute religionis saltem obligat, seu talem obligationem inducit, quæ ad veritatem servandam necessaria est, quæ satis operatur, dum jurans reverentia nominis divini, quod contestatus est, ad promissi implementum adstringitur. Consentit Antonius Merenda, dicens: Ex conventionione jurata valida duæ oriuntur obligationes, altera ex conventionione, altera ex juramento. Obligatur promissor ex conventionione, quia nihil magis convenit homini, quam fidem servare; obligatur ex juramento, quia non debet homo negligere observantiam ejus, quod DEI nomine invocato promisit. Cum autem, pergit, obligatio ex juramento descendens oriatur ex invocatione sanctissimi nominis DEI, ei

ei immediatè acquiritur, & per consequens ex hac obligatione non potest is, cum quo facta fuit conventio, utilitatem capere directè, sed indirectè tantum, prout necesse est, ut Deo debitus cultus tribuatur. *lib. 1. cotrov. c. 2. num. 6. & 7.* His accedit Joh. à Felden. hisce verbis: Promissorium, ex quo malè actionem quandam jure naturali oriri putant ad promissum consequendum: quia actio ad promissum consequendum ex ipso negotio fluit; iuramentum tantummodo securum reddit stipulantem seu creditorem. Et hæc causa est, quare rectè Jus Romanum actionem deneget ei negotio, ex quo aliàs actio non nascitur, licet jusjurandum adjectum sit. *in not. ad Grot. lib. 2. c. 13. num. 13. Diss. Molin. de I. & I. 2. disput. 150.*

31. Et quamvis non nemo *in not. ad dict. locum Grotii*, iis, quæ dicta sunt, varia reponat: 1. *Si iuramentum, inquit, ad securitatem ejus, cui fit, additur, quomodo dici potest, ex iuramento obligationem non nasci.* 2. *Quod ergò dicis, nisi negotium tale sit, quod efficax sit ad pariendā obligationem, scias tale esse omne negotium, quod sub jurejurando promittitur, nisi quid id ipsum; quod promittitur, sit illicitum.* 3. *Nudum pactum actionem civilem non parit, si tamen accedat jusjurandum, constringi potest, qui juravit.* 4. *Si solennitas verborum, puta stipulatio actionem parit, quomodo non tantundem faciet jusjurandum?* 5. *Non dixeris in solum Deum peccasse perjurum, nam & in eum peccavit, cui juravit, & DEI voluntas est, ut etiam huic satisfiat.* Attamen ad 1. dici potest, nasci quidem ex jurejurando

E 2

rando

atione
in or-
no jus
ure ex
omissi
Hinc
di sint
. 6. X.
Vasq.
br. 12.
entum
gatio-
m ali-
is dis-
Com.
ra sua
Deū
ligat,
ratem
dum
status
Con-
tione
ra ex
pro-
venit
men-
tiam
Cum
dens
E I,
ei



rando obligationem, sed religionis erga DEum, qua jurans ad promissa (de promissorio enim ibi agunt) præstanda, metu justissimi, omniscii & omnipotentis Numinis divini firmissime adstringitur; quod sufficit, ut juramentum in securitatem ejus, cui fit, fieri dicatur, licet exinde eidem nullum jus quæretur. Si v. gr. Vasallus Titio quid promitteret, & dominum feudj in testimonium & ejus certitudinem ea lege vocaret, ut ipsum, si fidem non præstaret, feudo privaret, quis hoc in securitatem Titii factum esse negaret, licet exinde Titio nullum jus acquisitum esset? Secundum supra laudati Dd. rectè negant, idque sive respiciamus ipsam naturam juramenti (ut laudati Dd. faciunt.) sive juris civilis & canonici dispositionem, per ea, quæ in præcedentibus sunt dicta. Unde etiam Franzkius, Juramentum, inquit, tanquam spirituale, vim civilem de novo non producit, sed tanquam accessorium cum principali suo stabit, corruetque. Pari ratione, si major juramento promittat, sive per formulam stipulationis, sive per pactum nudum, illic quidem obligatio civilis, hinc naturalis subest, non quòd ea ex jurejurando oriatur, sed quòd etiam si remoto illo simpliciter promissum esset, competeret, nec posteriori hoc casu, exceptio, quæ ex pacto nudo competit, per juramentum in actionem commutatur, quia hoc non posset fieri per juramentum confirmatorium, tunc enim non confirmaretur obligatio pacti, sed de novo introduceretur. *in Comm. ad π. tit. de jurejur. n. 51. & 52*
Quæ omnia etiam probat Pufendorff. *lib. 1. Elem. Jurpr.*

Jurispr. Univers. c. 12. num. 41. scribens: Hinc est, quòd illa pacta, quæ aliàs de se jure naturæ alteri nullum jus dant, ne id quidem præstant accedente juramento, & paul pòst: Nam juramentum in se non facit, ut promissum aliàs in se ex solo jure naturæ valens efficaciam juris civilis obtineat, &c. Quibus simul & tertio satisfactum. Ad quartum dicendum, quòd in stipulatione hoc inter partes agatur, ut stipulanti jus & actio quærat, illamque lex tanquam negotium ad actionem pariendam efficacax receperit & approbaverit: Verùm utrumque de juramento, tanquam actu religioso, dici nequit, per superius deducta. Ad quintum & pejerantes, qua tales, & quatenus DE I omniscientiam, justitiam & omnipotentiam vili pendunt, atque ejus misericordiam & gratiam spernunt, in solum Deum peccare, in proximum verò tunc demum, & quatenus eidem jus aliquod ex promissione est quæsitum.

32. Ex dictis nunc facile apparet, quid judicandum de illa Dd. traditione, qua dicunt, quòd absentem ex donatione jurata eidem facta, licet nemo illius nomine eandem acceptaverit, tamen actio acquiratur. *Setser. de jurament. libr. 1. c. 25. n. 28.* & 29. Sua natura juramentum hoc efficere non potest, nisi lex positiva eidem hunc effectum tribuat; quæ ipsa tamen nondum est demonstrata. De aliis effectibus, quos juramentum ex juris dispositione producit, infra in explicatione specierum agemus; de quibus etiam prolixè agit *Setser. de juram. lib. 1. c. 25.* & *Seraph, in tr. de privil. Iuram.* ubi ta-



men etiam multos afferunt, qui nec in natura juramenti, nec in legibus solidum habent fundamentum.

An ex Iuramento etiā heredes obligentur.

33. An verò ex jurejurando illi soli, qui jurant, an verò etiam illorum heredes obligentur? non una omnium est sententia; uti videre est apud Anton. Matth. *de Crimin. lib. 47. tit. ult. c. 1. n. 33* Grot. *lib. 2. c. 13. num. 17.* ibi Felden. *in not.*

Primò omnium autem in hac quæstione est distinguendum inter obligationem religionis erga Deum, quæ ex ipso juramento, qua tali, oritur, & obligationem justitiæ, quæ in ordine ad proximū, cui juratum, descendit ex promissione (nam de promissorio hîc agitur.) cui juramentum accedit, vel quæ simul cum ipso fit juramento.

Hæc, si non ex natura objecti vel partium conventionem manifestè ad personam jurantis fuerit restricta, quin ad heredes transeat, nullum est dubiū. *l. 7. §. 8. D. de pact. l. 49. d. O. & Act. Zœl. in Comm. π. de jurejur. n. 83. Carpzov. p. 2. c. 36. d. 7. num. 6. Seraphin. de privil. juram. priv. 68. n. 3.*

Priorem verò religionis obligationem ad heredes jurantis non transire, & ipsos ad promissi jurati impletionem non sub reatu perjurii teneri, nec si quid contra illud fecerint, perjurii reos fieri, sed illud vinculum, tanquam spirituale, personale, imò personalissimum morte jurantis extinguī, communibus suffragiis receptum est. Ames. *de consc. lib. 4. c. 22. num. 32.* Laymann. *Theol. moral. libr. 4. tr. 3. c. 10. n. 3.* Molin. *de Iust. & Iur. 2. disput. 150.* Seraphin. *de privil. juram. priv. 68. n. 3.* & ibi Benckendorf.

kendorf. Merend. lib. 1. controu. c. 8. n. 8. & seqq.
Carpzov. p. 2. c. 36. d. 7. num. 4. ubi in fine etiam
Lipsienses ita pronuntiasse refert: über diß auch das
jurament, so ewer Vatter geleistet / euch als den
Erben nicht verbindet. Et hanc sententiam probant
etiam communes juramentorum formulæ: So
wahr mir Gott helff. Als mir Gott helff. Quibus
jurans ratione sui in casum promissi non præstiti
divinæ gratiæ renunciat, & divinam pœnam in se
deposcit, quod proinde ad alios, qui Deum non
ita invocarunt, extendendum non erit, maxime,
cum, uti supra quoque dictum, juramenta sint stri-
ctæ interpretationis, nec facile extendenda. Quò
etiam faciunt verba Grotii scribentis: *Quia ad he-
redem sicuti bona transeunt. i. e. que in hominum
sunt commercio, ita bonorum onera, non item alia,
que quis ex officio, puta pietatis, gratia, fidei debuit.*
lib. 2. de I. B. & P. cap. 13. n. 17.

Et licet jurans expresse quoque heredum men-
tionem in ipso juramento fecisset, tamen heredum
conscientiam sub reatu perjurii exinde obligatam
non esse, tradit Laymann, in *Theol. moral. lib. 4. tr.*
3. cap. 10. n. 3. Setler. *de juram. lib. 1. c. 14. num. 17.*
Zæf. in *Comm. π. tit. de jurejur. n. 83.* Quia nemo
alterius non consentientis animam quasi oppigno-
rare, & sine speciali mandato in alterius animam
jurare potest. *Dd. passim.* Et quia testator sua vo-
luntate hoc efficere non potest, ut heres ejus tene-
atur jurare, & sese ad aliquid sub amissione divinæ
gratiæ obligare; sed si aliquem heredem sub hac
conditione instituit: *Si juraverit, hæc conditio re-
mitti-*

mittitur; l. 8. ff. de condit. inst. l. 20. ff. de condit. & demonstr. vid. Brussel. tr. de condit. lib. 4. tit. 2. n. 8. & 9. sequitur, quòd ipse multo minus in ejusdem animam jurare, & eundem sua voluntate ita obligare possit. arg. c. cum quid. 84. de R. I. in 6. Aliter hanc rem explicat Grot. d. n. 17. & ibi Felden. Anton. Matth. de Crimin. libr. 47. ff. tit. ult. c. 1. num. 3.

Ex dictis infertur, quòd heres jurantis, ad effectum agendi vel excipiendi, juramenti à defuncto præstiti relaxationem petere, non necesse habeat. Guid. Papa. decis. 104. n. 5. Carpz. d. def. 7. **

An vinculū
jurisjurandi
creditoris
morte sol-
vatur.

34. Morte Creditoris, cui aliquid jurato promissum, obligatio jurisjurandi non extinguitur, sed ille, qui juravit, si non aliud fuerit actum, nec promissi natura aliud suadeat, etiam jurisjurandi religione tenetur promissum illius heredibus præstare. arg. l. 9. D. de probat. Zœs. d. t. n. 84. Laymann. d. c. 10. num. 5. ubi idem quoad successores in officio affirmat, ita ut qui v. gr. Præfecto obedientiam & subjectionem juravit, eandem etiam ejus successor in officio vi & virtute præstiti juramenti præstare teneatur. per cap. veritatis. X. de jurejur. Carpzov. d. def. 7. Et hoc est, quod vulgò dicitur, juramentum ratione jurantis personale, ratione vero illius, cui juratur, reale sive transitorium esse. Laymann. d. l. Carpzov. d. l.

Malitiosa juramenti violatio est perjuriū & peccatum gravissimum.

35. Juramenti obligationem qui non sanctè & religiosè observat, sed illam vel falsum asserendo, vel promissum non implendo, malitiose & dolo malo violat, ille gravissimè peccat, & perjuriū com-

committit; Balduin. *de casib. conscient. libr. 2. c. 9.*
 §. 15. Setser, *de juram. libr. 1. cap. 26. n. 3. & seqq.*
 Carpzov. *pr. crim. p. 1. q. 47. n. 46.* de cuius atrocitate & poena vide Thumm. *tr. de juram. pag. 182. 185. & seqq.* Balduin. *d. l. cas. 16.* Anton. Matth. *de Crimin. libr. 47. ff. tit. ult. c. 1.* Carpzov. *d. q. 46.* Barschamp. *tr. de clausul. cap. 30. §. 2.* Setser. *d. cap. 26. n. 12.*

36. Cum itaque ad verum perjurium requiratur dolus malus, levitas & contemptus invocati nominis divini, ac sine illo perjurium propriè dictum, secundum receptam sententiam, non committatur, *ubi testatur Setser. d. c. 26. n. 3. Carpz. & Balduin. dd. ll.* sua sponte sequitur, quod in hoc crimen non incidat I. ille, cui ab eo, in cuius favorem & utilitatem unicè aliquid juratò est promissum, illud remittitur. Setser. *de jurament. lib. 1. c. 24. ibi: die hand/welche den end auffnimbt/ kan ihn auch erlassen/ ic.* Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 3. def. 55. num. ult.* Huiusmodi enim promissionibus tacitè hæc conditio inesse dicitur: *nisi alter condonaverit, aut remiserit, aut accipere recusaverit;* quo tacto, simul etiam aufertur juramenti vinculum. Amel. *de consc. lib. 4. c. 22. num. 37.* Pont. *de matrim. libr. 12. c. 8. §. 1. n. ult.* Zœl. *in Comm. π. de iurjur. num. 87. & seqq.* Neque enim hunc in finem juratum fuit, ut alter nolens volens rem promissam acceptet, sed ut jurans vinculo religionis constrictus, tanto certius illi accipienti præstet. Balduin. *de cas. consc. lib. 2. c. 9. cas. 18. vers. Si quis in gratiam.* Franzk. *lib. 2. resol. 5. num. 59. & seqq.* vid. Carpzov. *p. 2.*

quod impedit I. remissio promissi ab eo facta, cui aliquid promissum.

F c. 36.

dit. &
 2. n.
 ejus-
 ate ita
 in 6.
 oi Fel-
 it. ult.
 effe-
 uncto
 abeat.
 * *
 omif-
 sed il-
 pro-
 i reli-
 stare.
 mann.
 in of-
 dien-
 a ejus
 menti
 rejur.
 citur,
 e ve-
 esse.
 Et è &
 endo,
 dolo
 rium
 com-



c. 36. d. 6. Quo etiam pertinet remissio juramenti subjectionis, quæ fit subditis à Superioribus, in quorum causa illi testes producuntur. vid. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 5. c. 11. num. 6. & seqq. Carpzov. d. def. 6. in fin. Setser. d. l. ubi seq. n. 21. addit, quod dicta remissio etiam tacite fieri possit, modò perjurium nondum sit commissum; illud enim semel admissum, neque expressa, neque tacita tollitur creditoris remissione. Setser. d. c. 24. §. ult. vid. Zæf. d. tit. n. 94. Prædicta vera sunt & procedunt, sive quis sibi promissum sua sponte, illi, qui juravit, remiserit, sive hoc fecerit à Superiore iustus & coactus. c. 1. X. de jurejur. c. 13. X. de censib. vid. Franzk. d. resol. 5. n. 58. Laymann. d. c. 11. n. 9.

II. Superioris, ne promissum præstetur, prohibitio.

37. II. Juramentum promissum non adimplens, perjuri Reus non fit, si, ne illud præstet, superior, cui res promissæ sunt subjectæ, prohibeat. Anton. Matth. de Crimin. libr. 47. tit. ult. c. 1. num. 7. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 20. ibi: aut postquam juratum est, vetando ne impleatur. Amel. d. c. 22. n. 35. Superioris enim Imperium & auctoritatem etiam in hujusmodi juramentis intelligi exceptam, supra dictum est, arg. Num. 30. Setser. de juram. lib. 1. c. 24. n. 11. Quamvis enim vinculum religionis, quo jurantes DEO sunt adstricti, nulla humana auctoritas directè solvere possit: Thumm. rr. de jurament. p. 119. & seqq. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 20. in pr. Balduin. d. c. 9. cas. 18. in pr. Rauchbar. 2. quest. 4. n. 77. & seqq. Amel. de conscient. lib. 4. c. 22. num. 34. attamen rei promissæ, quæ Superiori est subjecta, præstationem

tionem Superiores vi supereminens dominii a. Jurisdictionis prohibere aut remittere, atq; sic per indirectum facere possunt, ne jurantes juramentum non adimplentes, contra juramenti religionem peccare videantur. Laymann. *Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 11. n. 2. & 9.* Grot. *d. l.* ubi addit: quod ea ratione juramentorum absolutiones defendi possint; modo fiant ex justis & legitimis causis. Carpz. *p. 2. c. 36. d. 2.* In relaxandis enim juramentis, magna adhibenda est cautela, ne detur occasio profanandi nomen Dei. vid. Franzk. *lib. 2. resol. 5. n. 99. & 100.* Si autem justae causae adsunt, etiam judices seculares hoc modo juramenta relaxare possunt. vid. Gail. *1. obs. 25.* Carpz. *d. c. 36. d. 1.* Zæsl. *tit. de jurejur. n. 95.* Balduin. *d. c. 9. cas. 18.* Franzk. *2. resol. 3. n. 27. 38.* III. Cessat perjurii reatus, si promissor illud, quod juramento promissit, vel natura vel alio modo, verb. gr. morbo detentus, vel carceri inclusus, &c. præstare impediatur. *c. brevi. 7. X de jurejur.* vid. *l. f. ff. qui sardar. cog. Mesa. libr. 3. resol. cap. 33. num. 1. & seqq.* Dunte *de casib. conscient. cap. 10. quest. 33. in fin.* Balduin. *de casib. conscient. libr. 2. c. 9. cas. 17. vers. deinde.* Anton. Matth. *de Crimin. lib. 47. ff. tit. ult. c. 1. num. ult.* Ut enim cultui divino satisfiat, non est opus aliquid fieri, quod in jurantis potestate non est. Merend. *lib. 1. controu. c. 1. n. 5.* Huc etiam pertinet, si juris dispositione illud fiat illicitum, & jurans jure illud facere impediatur. Dunte *d. l.* Zæsl. *in Comm. π. tit. de jurej. n. 87.* Balduin. *de casib. conscient. lib. 2. c. 9. cas. 17. vers. primum.* Thumm. *de Iurament. pag. 117.*

III. Superveniens impedimentum.

F 2

39. Idem

menti
us, in
uland.
Car-
21. ad-
possit,
illud
tacita
6. ult.
roce-
li, qui
e jus-
censib.
1. n. 9.
plens,
supe-
nibeat
c. 1.
ibi:
atur.
rium
is in-
n. 30.
enim
t ad-
pol-
ot. de
c. 9.
seqq.
men
esta-
nem



IV.
Superioris
prohibitio,
ne creditor
vel stipula-
tor accipiat
promissum.

39. Idem IV. dicendum, si competens Magistratus (vid. Zæf. d. t. n. 93.) prohibeat, ne ille, cui juratò aliquid promissum, illud, licet ultro oblatum, accipiat; idque vel in pœnam, vel ob publicam utilitatem, tunc enim solvere volens, qui juravit, conscientia satisfecisse censetur. Grot. d. c. 13. n. 20. vers. in personam ejus. Franzk. d. resol. 5. n. 57.

V. Superve-
niens status
mutatio.

40. V. Si status rerum vel personarum ita mutatur, ut jurans juxta judicium prudentum non videatur illum eventum intellexisse: c. quemadmodum. 25. X. de jurejur. vid. Zæf. in Comm. n. de jurejur. n. 87. Balduin. d. loc. vers. Deinde. ut si quis gladium penes se depositum juraverit se deponenti quodocunque repetenti redditurum; postea illud non reddat furioso aut ebrio, contra juramentum non peccat. arg. l. 31. D. Depos. Zæf. d. l. Thumm. de juram. pag. 117. Item si quis Principi vel Magistratui juraverit, se obediturum, & ille postea talis esse desinat. Thumm. d. t. Amef. d. c. 22. n. 36. & n. 25. Laymann. d. c. 11. n. 9. Grot. d. c. 22. n. 18. & ibi in not. Unde Principe vel alio statu banno Imperiali proscripito, ab Imperatore vel ejus Consistorio, illius subditis remittitur subjectionis juramentum. Setler. de jurament. libr. 1. c. 24. num. 16. Mynf. 5. observ. 99. quæ tamen declaratio potius, quàm vera solutio esse videtur.

VI. De Iu-
ramentis
coactis.

41. VI. Illos quoque, quibus vi metuque extortum est juramentum, si fidem non servant, insonites, & hujusmodi juramenta ipso jure nulla esse, communis est Legistarum sententia, arg. antib. sacramenta. C. si advers. vendit. test. Setler. de jurament.

ment. lib. 1. c. 19. num. 1. & seqq. Franzk. lib. 2. resol. 3. n. 2. Verum hæc coacta iuramenta, neque sua natura, neque secundum juris civilis & canonici dispositionem, ipso jure nulla esse, ab aliis verius creditur; modo illis res licita, quæ à jurante sine peccato præstari possit, sit promissa. (nam de promissorio hîc agimus; de assertoriis vide Franzk. lib. 2. resol. 3. n. 20.) idque non tantùm, si metus sine injuria fuerit illatus, de quo casu omnes consentiunt, Franzk. 2. resol. 3. n. 19. 33. & 21. Setser. de juram. libr. 1. c. 20. num. 18. & c. 21. n. 10. ubi late agit de iuramento incarcerati. sed etiam si cum injuria fuerit conjunctus: ut si quis latroni, ne vitam eripiat, certam pecuniæ summam iuramento promiserit. Nam quia hujusmodi metus voluntatem & verum consensum promittentis & jurantis non excludit, & iuramentum de re ratione jurantis licita est præstitum; proinde nec promissio, nec iuramentum est ipso jure nullum. Ubicunque enim verus adest jurantis consensus, & res possibilis, atque ratione jurantis licita, ita ut sine discrimine æternæ salutis & læsione proximi præstari possit, ibi iuramentum sua natura est validum, & obligatorium; si non semper in ordine ad hominem, ut illi, cui juratum, jus exigendi inde quærat, tamen in ordine ad DEUM, ut jurans propter reverentiam DEO debitam promissum præstare teneatur; per ea, quæ in præcedentibus dicta, & late deducit Franzk. d. resolut. 3. num. 27. & seqq. Basil. Pont. de matrim. lib. 12. c. 8. §. fin. n. 61. ibi addo, etiam jure natura certum esse, valere iuramentum etiam ex metu gravi & injusto conceptum.



42. De jure quoque Justiniano hujusmodi juramentum vi exactum, & de re non prohibita præstitum, ipso jure valere, & obligatorium esse, exinde apparet, quòd hoc jure regulariter negotia vi metuque inita, sint ipso jure valida; *tot. tit. D. & C. quod met. caus.* & juramentum eodem jure à dicta regula non reperiatur exceptum. Franzk. *in d. resol. 3. n. 59.* Carpzov. *p. 2. c. 35. d. 3.* Beust. *de jurejur. in rubr. n. 10.* Bachov. *ad Treutl. v. 1. D. 21. th. 2. lit. c.* Zœf. *in Comm. π. tit. de jurejur. n. 70.* De jure etiam canonico idem dicendum esse, patet ex *c. 8. c. 15. c. 28. de jurejur. c. 2. & 4. de his, que vi met. caus.* Bachov. *ad Treutl. d. th. 2. lit. c. verb. jure verò canonico.* Zœf. *d. l. 43.*

Et quamvis jus civile & canonicum contra talè juratam promissionem restitutionem in integrum atque absolutionem & relaxationem à juramento concedat, *tot. tit. D. & C. quod met. caus. dd. cc. auth. Sacramenta. C. si adv. vend.* Rauchbar. *d. q. 4. num. 34.* illudque judiciorum praxis passim observet, uti post multos à se allegatos testantur Sesser. *lib. 1. de juram. cap. 20. n. 4. & seqq.* Rauchbar. *lib. 2. q. 4. num. 2. & seqq.* ubi eandem multis defendunt, ex quo etiam promanavit Germanorum proverbium: *Gezwungen Eyd ist Gott leyd.* Rauchbar. *d. q. 4. n. 19.*

Sunt tamen multi & Theologi & Juris Consulti, qui quoad jurantis conscientiam & cœleste tribunal tutius esse existimant, ut etiam latronibus hujusmodi juramentum à jurante, quantum est penes ipsum, omnino servetur; idque propter reverentiam

tiam invocati divini Numinis; cujus misericordiæ, nisi promissum præstet, sciens volens renunciavit. Jurans siquidem scivit, se nihil debere, scivit jure hujusmodi promissiones ratas non haberi, & tamen ad vitam redimendam elegit, voluit & promisit, se certò pecuniam soluturum, & in hujus promissi certitudinem DEUM, tanquam testem, & si falleret, eundem ultorem & vindicem invocavit. Præstat igitur nummorum jacturam facere, quàm minus honorificè & irreverenter divinam majestatem habuisse, cujus invocatione gravius effugit malum; & contra facientes jure meritoque à Deo perjurii metuunt pœnam, quippe qui perjuria punit, non tam in favorem ejus, qui juramentum recepit, & ut illi securitatem præstet, sed potius ut contumeliam ipsius nomini factam ulciscatur; Graswinckel *in not. ad Grot. lib. 2. de I. B. & P. c. 13. n. 15.* ad quod evitandum, & divinæ reverentiæ atque suæ conscientiæ satisfaciendum, cum, qui juravit, solvat, ipsi quoque, ac si eo latrones foveret, imputari nequit. Franzk. *d. resol. 3. n. 49.* Ad hoc probandum etiam adducunt, & de hujusmodi casu accipiunt *Psal. 15. vers. 4.* Gerhard. *in Loc. Theol. tom. 3. de Leg. Moral. §. 122.* Franzk. *d. resol. 3. n. 38.* Consentit Balduin. *de casib. conscient. libr. 2. c. 9. cas. 12.* Thumm. *tr. de jurament. pag. 98. & seqq. pag. 116. ibi: Juramentum enim cum Deo contractum est, & anima vinculum injicit, quod non nisi juramenti observatione solvi potest, atque adeo omnino solvendum est, post habitis omnibus bonis temporalibus & momento duraturis.* Amel. *de conscient. lib. 4.*

lib. 4. c. 22. n. 27. Grot. de I. B. & P. d. lib. 2. c. 13. num. 15. ibi Graswinckel. Pufendorf. libr. 1. Elem. Jurispr. univers. cap. 12. num. 21. in fin. & num. 41. Franzk. d. resol. 3. n. 27. & seqq. Anton. Matth. de Crimin. lib. 47. tit. ult. c. 1. num. 5. Zæf. d. l. n. 71. & 72. Alii, qui licet in contrariam sententiam magis inclinent, tamen ipsimet addunt: *Interim satius & rectius conscientia consules, bona externa spernendo, dandoque, quæ promissisti, quam ut patiaris conscientie scrupulum moveri.* Felden. ad Grot. d. lib. 2. c. 13. n. 14. & 15. vid. tamen Franzk. de resol. 3. n. 24. & seq.

Hac sententiâ positâ, nec conscientia satisfacet, qui promissam pecuniam solverit, & eandem postea à latrone repeteret, uti jus canonicum hoc permittit. c. debitores. X. de jurejur. c. ad audientiam. 5. X. de his, quæ vi vel met. caus. & ibi Canonista. Jurantibus enim negotium est cum Deo, proinde verba juramenti simplicissimè atque cum effectu sunt intelligenda, & quidem secundum deferentis intentionem: per ea, quæ in præcedentibus dicta. Quare ille, qui pecuniam se soluturum juravit, sine manifesta illusione & irrisione nominis divini, illa momentanea solutione ludos agere nequit. Franzk. d. resol. 3. n. 61. & seqq. Grot. d. c. 13. n. 15. in fin. A juramentis enim omnes abesse debent calumniosæ interpretationes. Thumm. d. tr. p. 117.

De Iuramento, quo quis latroni silentium promissit.

43. Cæterùm si quis latronibus etiam silentium juramento promiserit, quòd illud utpote utilitati publicæ & charitati proximi contrarium, observare non teneatur, post alios docet Balduin. d. cap. 12. in fin.

in fin. Setser. de Iurament. libr. 1. c. 20. n. 14. & 15. quod alii tunc admittunt, si ipse à Magistratu, cui ex rumore vel aliis circumstantiis de facto illo aliquid innotuit, ex officio fuerit interrogatus; Frantz. d. resol. 3. n. 67. & seq. aut ut omnia delicta commissa Magistratui denunciaret, lege publica purè & simpliciter adstrictus. vid. Würt. Lands Ordn. tit. 131. §. Jhr die Unterthanen. 4. & seq. Felix Biedembach. decad. 5. Conf. Theol. 10. tunc enim tanquam de re illicita tale iuramentum non esse servandum, tradit Lugo. de Iust. & Iur. disp. 22. sect. 8. num. 235. Laymann. in Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 7. n. 2. vid. Anton. Matth. de Crimin. prolegom. c. 1. n. 15. Verum extra hosce casus, tutius esse censetur, ut in genere moneat, ut Magistratus in id incumbant, ut provinciam malis hominibus purgent, & proximi hunc vel illum locum caveant. Theologi Jenenses apud Dedeken. vol. 2. consil. sect. 13. n. 10. Franzk. d. resol. 3. num. 67. vid. Thumm. tr. de Iuram. pag. 102. & seqq.

44. VII. Cessat perjuriū, si verus dolus iuramento quoad substantialia promissionis causam dederit: v. gr. Si ab alio dolo malo persuasus, catenam non esse auream, sed tantum inauratam, eandem eidem interveniente iuramento promiserit & donaverit. Cum enim huiusmodi dolus verum consensum, circa promissionis substantiam excludat, & jurans huiusmodi dolo deceptus in id, quod ignoravit, non consenserit, nec D E U M in illius confirmationem invocaverit; sua sponte sequitur, tale iuramentum nullam religionis obligationem producere, &

De iuramento dolo elicitio.

G re, &

13.
lem.
41.
de
71.
ma-
sa-
per-
aris
t. d.
esol.
sfa-
dem
hoc
lien-
Ca-
Deci
cum
de-
nti-
rum
mi-
gere
c. 13.
ent
117.
ium
itati
vare
12.
fin.



re, & plane non obligatorium, ac per consequens nec ejusdem relaxationem necessariam esse per ea, quæ pluribus hac de re tradit Franzk. 2. resol. 4. n. 2. & seqq. ubi de juramento Iosue. c. 9. Ios. v. 10. de quo etiam Ant. Matth. de crimin. lib. 47. ff. tit. ult. c. 1. num. Grot. d. c. 13. n. 3. in fin. Ames. d. cap. 12. n. 28. Dunde. de de cas. conscient. c. 10. sect. 1. num. 29. Diss. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disput. 11. th. 10. lit. a. Licet enim ipsa negotia quædam propter apparentem consensum, mero jure positivo tanquam valida sustineantur, & exceptionibus demum atque aliis remediis elidantur: quia tamen juramentum est negotium, quod cum Deo geritur; qui non illud, quod apparet, sed veritatē considerat; & jurans, nec in id, quod in veritate adest, consenserit, nec in illius confirmationem DEUM invocaverit, proinde ipse reverentia & religione invocati divini Numinis, ad id obligatus dici nequit. Juramenta enim ad incognita, & ultra intentionem non extenduntur, vid. l. ult. ff. qui satisd. cog. l. ult. pr. ff. ad municip. Franzk. dict. l. Laymann. Theol. moral. libr. 4. t. 3. c. 7. n. 5. vid. Thumm. d. tr. d. jurament. pag. 118. ubi scribit: *In foro conscientie, si candidè juraveris, tantum ea facienda, que in animo tum habuisti.*

Idem dicendum, si dolus interveniret circa propriam promissionis causam, ut si juramentum recipiens dolo malo falsum quid supponeret, sine quo promissor non juraret, v. gr. filium ejus mortuum esse; se esse ejusdem cognatum, &c. Grot. de I. B. & P. libr. 2. c. 13. in fin. Franzk. d. resol. 4. n. 9. & 10. vid.

10. vid. Rauchbar. 2. quest. 4. n. 35. & seqq. c. 28.
X. de jurejurand. c. quamvis de pact. in 6. Zæf. in
Comm. π. tit. de jurejur. n. 73. & seqq. De dolo,
qui à quibusd. ex læsione præsumitur, vid. Franzk.
2. resol. 4. n. 11. & seqq.

45. VIII. Quod de dolo dictum, illud etiam lo-
sum habet in errore circa substantiam, vel pro-
prium causam promissionis, licet iuramentum reci-
pientis dolus non intervenerit, sed jurans circa illa
proprio errore lapsus juraverit; ut si jures, te alteri
donaturum anulum, quem putas esse ferreum, cum
sit aureus, nullum est hujusmodi iuramentum, id-
que etiam ob defectum veri consensus. vid. Lay-
mann. Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 7. num. 5. Amef.
lib. 4. de conscient. c. 22, num. 28. Setler. de juram.
lib. 1. c. 23. n. 4.

De Iuramē-
to ex errore
præstito.

Verum si dolus vel error tantum circa aliquam
circumstantiam & partem accidentalem intervenit,
qui jurantis consensum ratione negotii principa-
lis non excludit, ille iuramenti religionem & obli-
gationem non impedit. vid. Amef. d. l. n. 28. Franzk.
d. resol. 4. n. 9. Laymann. d. c. 7. n. 5. vers. dico. II.

§. II.

De præcipuis Juramentorum
speciebus.

46. Juramentum ratione Objecti & finis, di-
vidi potest in Promissorium, Assertorium & Mix-
tum vid. Layman, in Theolog. moral. lib. 4. tr. 3.
G 2 6. 4.

Iuramentū
est vel pro-
missorium,
vel asserto-

rium, vel
mixtum.
Promifforiū
quid, &
quotuplex.

Dicafticum
quid.

Ejus exem-
pla,

Δημοτικόν
quid.

Ejus exem-
pla in cau-
fis publicis.

c. 4. num. 4. Pont. de matrim. libr. 12. c. 8. n. 2.
Promifforium, quo in futurum aliquid promitti-
tur, iterum est vel *δικαστικόν* vel *δημοτικόν*. Dn. J. O.
Tabor, in *Disput. Wesenb. ad tit. de jurejur. q. 7.*
Martin, Benekendorf. in *addit. ad præfat. Seraph.*
de Seraphin. tr. de privil. juram. n. 27. Dicafticum
pertinet ad causas judiciales, & respicit judicium:
quale est juramentum Judicis & Assessorum, de
quo in *l. rem non novam 14. pr. & seq. auth. hodie*
C. de Judic. Ord. Camer. p. 1. tit. 57. W. N. Ord.
p. 1. t. 9. pag. 30. Landr. p. 1. t. 2. Secretariorum
& Scribarum, O. C. p. 1. t. 59. & 79. W. N. Ord.
d. tit. 9. p. 31. Advocatorum, d. l. rem non novam
14. §. 1. C. de Jud. O. C. p. 1. tit. 62. & 64. W.
N. Ord. tit. 9. p. 33. Procuratorum, O. C. p. 1.
tit. 63. Testium, O. C. p. 1. tit. 77. Würt. Landr.
p. 1. tit. 37. p. 137. nunciorum & similibus, O. C.
part. 1. t. 80. 83. & 84. W. N. Ord. p. 1. t. 9. p.
32. Item Juramentum Respondendorum. O. C. p.
1. tit. 71. W. Landr. p. 1. t. 30. p. 125.

47. *Δημοτικόν* respicit causas extrajudiciales;
quæ vel publicæ, vel privatæ. Publicæ sunt vel ve-
rè tales vel quasi publicæ. Ad illas pertinet Jura-
mentum Regis Romanorum, de quo in *A. B. tit.*
2. in Capitulatione Imperat. in fin. Carpzov. ad L.
R. cap. 1. sect. 9. & 10. Electorum, de quo in d. t.
2. A. B. Carpzov. d. tr. c. 11. sect. 9. Homagium,
five juramentum subjectionis, quod subditi præ-
stant domino territorii, de quo Speidel. in *suo spe-*
cul. voce Huldigung / Erbhuldigung / Landshuldt-
gung. Ritter tr. de homag. cap. 1. concl. 20. & 30. &
seqq.

seqq. vid. Th. Maul. Tr. de homagio. Vasallagicum
sive fidelitatis, quod Vasalli Dominis suis ratione
feudi præstant, Lehens, Pflicht. vid. Speid. d. l. &
voc. tress zu seyn Schrader de feud. part. 6. cap. 6.
Ritter d. tr. cap. 1. conclus. 31. Setzer lib. 2. de iura-
ram c. 2. n. 5. & seq. Struv. de feud. cap. 8. th. 6.

Familiaritatis, domesticitatis sive affecurationis,
Nacht, Ampt, oder Dienstpflicht. Ritter d. tr. c. 1.
conclus. 9. & 32. Pacificationis & confederationis,
Ritter. c. 1. conclus. 33. Waremund. de Erenberg.
tr. de foederib. lib. 2. c. 1. num. 117. & seqq. Prote-
ctionis & Clientelare, Schutz und Schirmspflicht.
Ritter d. tr. c. 1. num. 35. & seqq. Martin. Mager
de Advocatia Armat. c. 9. n. 139. & seqq. Speidel
d. tr. voce Huldigung. &c.

Ad causas quasi publicas pertinet Juramentum
Tutorum & Curatorum, de quo in Ord. Imp. Po-
lit. de anno 1548. & 1577. tit. von der Pupillen re.
§. Item das er. O. C. p. 1. tit. 76. W. LandsOrdn.
tit. 34. vid. Carpz, p. 2. c. 11. d. 6. num. 4. Rauch-
bar, lib. 2. q. 2. num. 95.

In causis
quasi publi-
cis,

48. Juramentum, quod ad causas privatas ex-
trajudiciales pertinet, communiter dividitur in
promissorium in specie ita dictum, & confirmato-
rium. Promissorium in specie dicitur, quo ipso ali-
quid obligationis inducendæ gratia promittitur:
quamvis hoc juramentum sua natura & regulariter
de jure civili in ordine ad hominem non aliam
producat obligationum, quam nuda promissio, quæ
in juramento continetur. vid. preced. §. 1. num. 30.
Setzer. lib. 2. de Iuram. c. 1. Frantzk. in Comm. x.

In causis pri-
vatis.

Promisso-
rium.

De ejus effe-
ctu.

n. 2.
mitti-
J. O.
q. 7.
raph.
icum
ium:
de
hodie
Ord.
orum
Ord.
viam
W.
p. 1.
andr.
O. C.
9. p.
C. p.
ales;
el ve-
Jura-
3. tit.
ad L.
d. t.
rium,
præ-
spe-
ulot
o. &
seqq.

Confirmatorium.

tit. de jurejur. num. 49. & seq. Bachov. ad Tr. vol. 1. d. 21. th. 2. a. Benckendorf. in addit. ad Seraph. de privil. jurament. privat. 19. n. 11. De jure Canonico hoc juramentum etiam in ordine ad hominem efficacem obligationem & actionem producere, plurimi statuunt, per c. 9. X. de jurejur. c. 9. X. de arbitr. Verum quamvis hoc jure, qui juramento aliquid promiserunt, ad illud præstandum & perjurium evitandum officio judicis & censura Ecclesiastica compellantur: c. fin. de for. comp. in 6. atamen nullum adducunt locum, qui probet, ex tali juramento, qua tali, actionem nasci, & tale juramentum vim habere efficacem obligationem & actionem producendi; quod etiam fatetur & defendit Setser d. cap. 1. n. 5. & seqq. Zæf. in Comm. π. tit. de jurejur. num. 86. Confirmatorium est, quod actum aliquem separatim præsupponit, illiusque confirmandi gratia accedit, & sua natura negotio, cui accedit, civiliter nihil addit; vid. præced. §. 1. n. 30. vid. l. 56. pr. ff. de fidejss. Frantzck. d. Comm. π. tit. de jurejurand. num. 37. & seqq. quamvis jure civili illius obligationem interdum quodammodo firmiorem reddat. vid. l. 1. Cod. si advers. vend. l. 41. C. de transact. ipsum verò negotium invalidum non confirmat, nec quidem jure canonico vid. §. præced. 1. num.

de juramento assertorio;

Ejus exempla, qui re-

49. Juramentum assertorium, quo quis aliquid esse vel non esse asseverat, respicit ut plurimum res controversas, & quidem illarum æstimationem vel decisionem. Æstimationem respiciunt juramentum in litem, de quo in tit. seq. juramen-
cum

tum expensarum, *O. Cam. part. 1. tit. 66. 67. & seq. W. S. Ordn. t. 9. pag. 41.* Juramentum
minorationis vel minutionis, quo in foro
Saxonico Reus ob vim expulsivam vel ablativam
conventus, æstimationem ab actore factam, si il-
lam præstare nolit, minuere tenetur; de quo Carp-
zov. *lib. 3. Resp. 56. & tr. de process. tit. 12. art. 4.*
num. 11. & seqq.

spicunt æsti-
mationem.

50. Decisionem rei controversæ respiciunt, & vel litis de-
quidem per indirectum, Juramentum dando-
cisionem.

rum, de quo *in O. C. p. 1. tit. 69. & 70. W. Landr.*

p. 1. t. 28. pag. 121. Malitiæ, *der Eyd der Bößheit/ De juramen-
quo quis asseverat, se illud, quod proposuit & peti- to Malitiæ*

vit, non malitiosè proposuisse & petivisse daß sie
solches nicht außgeföhrt oder böser Meinung gethan/
oder thuen. *O. C. p. 1. tit. 74. Würt. Landr. p. 1.*

tit. 27. vid. Carpzov. tit. 12. art. 1. n. 26. Setser. de

Juram. lib. 3. c. 1. num. 8.

51. Hoc juramentum originem trahit ex jure de ejus cau-
civilis, nomen verò accepit à jure canonico. *cap. 2. sa efficiēte.*

§. fin. de juram. calum. in sexto. Bocer. class. 6. disp.

18. th. 17. Ne enim quis in una causa bis de calumnia

jurare videatur, contra *Nov. 49. cap. fin. pontifex*

juramentum calumniæ speciale, juramentum ma-
litia appellavit; *Rittersh. ad Nov. part. 9. cap. 19.*

num. 5. Frantzk. in Comm. π. h. t. num. 61. quod

etiam *jus Saxonicum recepit & approbavit Carpz.*

part. 1. const. 12. def. 22. Vult. de Iud. lib. 3. cap. 2.

num. 20.

52. Exigitur autem illud vel à parte adversa *l. 34. §.*

5. ff.

vol.
aph.
Ca-
omi-
luce-
o. X.
nen-
per-
ccle-
at-
x ta-
ura-
& a-
de-
mm.
est,
il-
tura
oræ-
rzk.
eqq.
lum
i ad
go-
ure
uid
um
em
ra-
en-
cum

Quas ob
causas hoc
juramentū
exigatur.

5. ff. h. t. vid. Obrecht. tr. de juram. calumn. cap. 4. num. 1. & seqq. Carpz. p. 1. c. 12. def. 23. & de process. tit. 12. art. 1. num. 27. & seq. Vel à giudice ex officio, cap. 2. §. f. de juram. calum. in 6. W. Sandr. p. 1. tit. 27. pr. Carpzov. de process. tit. 12. a. 1. num. 13. & seqq. quoties scil. præsumptio est contra aliquem, quod malitiosè aliquid proponat vel petat; d. cap. 2. §. f. de juram. cal. in 6. Gail. 1. Obs. 33. num. 3. Carpz. 1. c. 12. def. 20. num. 2. etiamsi antea juramentum generale fuerit præstitum. d. c. 2. §. f. Licet enim dicatur, juramentum calumniæ in una causa non esse reiterandum; d. Nov. 49. c. f. fallit tamen hoc, etiam jure civili, si justa subsit causa, quæ suadeat, ut super speciali articulo hoc juramentum exigatur, & deferatur: Nov. 73. cap. 7. Frantzk. in Comm. π. h. t. num. 60. Carpz. part. 1. const. 12. def. 20. n. 6. & seqq. Tales autem causæ sunt, v. gr. si actor vel reus adversario juramentum litis decisorium deferat; tunc deferens prius, si hoc petatur, de calumnia jurare tenetur; l. 34. §. 4. l. 37. ff. h. l. 11. §. 1. rev. amotar. l. 9. C. de R. C. l. fin. C. de fideicom. Frantzk. d. l. num. 99. Carpz. p. 1. c. 12. d. 23. & tr. de process. tit. 12. art. 1. num. 59. & seqq. Item si quis petat editionem rationum argentarii, l. 6. §. 2. l. 9. §. pen. ff. de edend. cautionem de damno infecto, l. 13. §. 3. ff. de damno infecto. testamenti exhibitionem, l. pen. C. quemadmodum testam. aperiuntur. instrumenti editionem, in casu l. cum quidam 21. C. de fide instrum. aut comparationem literarum, Nov. 73. cap. 7. aut nunciet novum opus; l. 5. §. 14. de nov.

nov. op. nunc. aut offerat satisfactionem in alio loco. l. 8. §. 5. qui satisdar. cogant. Item in casu l. 15. ff. ad exhibend. c. 31. X. de testib. c. 15. & pen. X. eod. auth. atqui semel. C. de probat. Würt. Landr. p. 1. tit. 42. §. die Solennitat. p. 146. vid. Gail. 1. Obs. 78. n. 3. Myns. cent. 1. Obs. 73. Bocer. d. class. 6. d. 18. th. 17.

53. Potest autem hoc iuramentum exigi in quacunque iudicii parte; c. 2. §. f. de Iuram. Calumn. Carpzov. de process. tit. 12. art. 1. n. 2. & regulariter ab omnibus personis, quæ exceptæ non inveniuntur. Excipiuntur verò Parentes & Patroni, à quibus liberi & liberti iuramentum malitiæ petere nequeunt. l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 16. ff. de iurej. l. 7. §. 3. ff. de obseq. parent. prest. l. 13. §. 14. de damn. infect. non obstante l. 34. §. pen. ff. de iurej. C. I. A. tit. de Calum. th. 22 Carpz. 1. c. 12. def. 24. & tit. 12. art. 1. num. 48. & seqq. Bach. 1. d. 21. th. 4. lit. C. Vasalli quoque & Feudorum domini hoc iuramentum à se invicem exigere non possunt. c. un. §. f. 2. F. 33. Bocer. d. class. 6. disp. 18. th. 19. Ludwell. Synops. jur. feud. c. ult. pag. 528. & seqq. Reliqui, quibus hoc iuramentum delatum, si illud præstare recusant, quoad illum articulum pro confessis habentur, neque illorum petitur, cujus ratione jurare iussi sunt, attenditur. Gail. d. Obs. 87. C. J. A. tit. de calumniat. th. 33. in addit. Bocer. d. disput. 18. thes. 20. Et si ille, qui iuramentum Judiciale adversario detulit, de malitia jurare recusat, principale habetur pro præstito. l. 37. ff.

quando hoc iuramentū exigatur.

Et à quibus.

Pœna recusantis.

H de ju.

m. cap. & de iudice s. W. tit. 12. tio est ponat Gail. um. 2. præsti- entum Nov. si justa ticulo v. 73. Carpz. autem o jura- ferens tene- notat. d. l. process. petat. pen. 13. §. nem, nstru- C. de Nov. 4. de nov.



de jurejur. Carpz. p. 1. c. 12. d. 28. & tr. de processu
d. tit. 12. art. 1. n. 54. & seqq.

Remissive de
juramento
calumniæ de
non frivole
appellando.

54. Huc pertinet Juramentum calumniæ de non frivole appellando, quod hodie ex nova dispositione Recept. Imper. de Anno 1654. §. III. malen aber jederzeit. 112. omnes ad Cameram appellantes, & illorum advocati, die zur appellation gerahen / schedulam appellationis verfertiget und darinnen patrociniret haben / uti & advocati surrogati five substituti, præstare tenentur, & quidem principales sub pœna desertionis, advocati verò sub multa marcæ auri. vid. Recept. Imp. de An. 1654. §. Auch zum sechsten. 111. & seq. 112. Roding. π. Camer. lib. 1. tit. 26. §. 19. ibi in addit. pag. 338. & seqq. & lib. 3. tit. 30. pag. 740. & seqq. Vult. de Ind. lib. 3. c. 2. num. 32. & seqq.

De iuramē-
to perhorre-
scentiæ.

Item Juramentum perhorrescentiæ, quo quis asseverat, se valde timere, ne non ab inferiore iudice æquam & incorruptam impetret Justitiæ administrationem. Rosenthal. de feud. cap. 12. concl. 4. num. 63. Tennagel tr. de decernend. process. class. 3. c. 13. Roding, π. Camer. lib. 1. tit. 15. n. 12.

De iuramē-
to diffessio-
nis.

Juramentum diffessionis, quo in foro Saxo-nico scripturas recognoscere recusantes, illas diffiteri tenentur, vid. Carpzov. de processu, tit. 12. art. 5. num. 26. & seqq.

§. III.

De Juramento Purgationis.

55. Ad præcedentem classem etiam pertinet Ju-
ramen-

ramentum Purgationis sive purgatorium; Frantzk. in Comm. π. de jurej. n. 55. quod etiā ratione approbationis purgatio canonica vocatur; c. tam literis. 33. X. de testib. rub. & c. ex tuarum. 8. c. 10. X. de purg. canon. Frantzk. in Comm. π. tit. de Iurejur. num. 66. cui opponitur purgatio vulgaris, de qua in tot. tit. X. de vulg. purgat. & ibi Dd. cap. 7. caus. 2. q. 4. vid. Græneweg. de Leg. abrog. libr. 2. F. 27. §. 3. Zepper de LL. Mosaic. libr. 4. cap. 18. Anton. Matth. de crim. lib. 48. tit. 15. cap. 6. num. 3. Setler. de juram. lib. 3. c. 11. num. 53. & seqq. Est autem purgationis iuramentum, quo, jubente iudice, suspicionibus gravatus, illud, quod sibi objicitur, falsum esse asseverat, atque sic innocentiam suam ostendit. c. f. X. de jurejur. c. 8. X. de purgat. canon.

Definitio.

Dividitur hoc iuramentum in simplex, quod solius suspecti religioni committitur, c. Mennam. 2. q. 4. Auth. novo jure. C. de pen. jud. qui mal. jud. l. f. §. 5. C. de jur. dom. impetr. & non simplex, cui sc. accedunt compurgatores conjurantes sive sacramentales; Cum enim vita, mores & actiones juraturi sæpe iudicem fugiant, eapropter jure canonico receptum, & jure feudali atque Imperii constitutionibus approbatum est, ut alii adhibeantur, quorum arbitrio & iuramento hæc committantur, quique iuramento asseverare tenentur, quod illum principalem non pejeraturum, sed veritatem dicturum, atque sic innocentem credant. r. X. de purg. canon. tot. caus. 2. q. 4. 1. F. 4. §. 2. 1. F. 10. 2. F. 33. §. & cum datur 1. F. 26. §. 1. 1. F.

Divisio.

H 2

28. Ord.

rociss.
e de
nova
3.
n ap-
ation
t und
urro-
idem
d sub
654.
g. π.
8. &
Iud.
quis
e ju-
e ad-
oncl.
claf.
xo-
liffi-
art.
Ju-
en-



28. Ord. Cam. p. 2. t. 10. §. 1. Setfer. de juram. lib. 3. c. 11. num. 30. quod ipsum tamen hodie multis in locis in defuetudinem abiit. Berlich. 1. concl. 52. num. 18. Vult. de feud. lib. 2. c. 3. n. 38. Schulz. de feud. cap. ult. num. 57. Setfer. d. c. 11. n. 34.

De eius origine.

56. Hoc iuramentum originem trahit ex iure civili, l. 6. §. 4. vers. sicubi C. de his qui ad Eccles. confug. auct. novo iure C. de poen. jud. qui mal. jud. l. ult. §. 5. C. de jur. dom. imp. l. f. §. 10. C. de jur. deliber. l. ult. C. de fid. instrum. Iure verò canonico est auctum & varie extensum. t. t. de purg. canon. tot. caus. 2. q. 4. Frantzk. d. t. num. 66. denique etiam imperii constitutionibus, & Provinciarum statutis atque ordinationibus approbatum; N. A. de an. 1548. rubr. Wie gegen denen so des Friedbruchs it. O. C. p. 2. t. 10. §. 11. idque propter defectum aliarum probationum. l. f. §. 10. C. de jur. deliber. c. 12. §. seq. caus. 2. q. 4.

Quis illud deferat.

57. Defert autem illud iudex, etiam ex officio, l. 6. §. 4. vers. sicubi C. de his qui ad Eccles. C. 8. c. 10. vers. nec illud. c. 15. in f. X. de purgatione can. O. C. p. 2. t. 10. §. Es sollen und mögen auch. Carpzov. de process. t. 12. a. 3. num. 1. §. seqq. Setfer. de juram. lib. 3. c. 11. num. 11. §. seq. 25. Beust. in rubr. tit. de iurej. n. 201. & partibus non petentibus Berlich. 1. concl. 53. n. 36. §. seqq. Gail. 1. O. 108. n. 5. §. seqq. Carpzov. p. 1. c. 22. d. 15. Fr. in Comm. π. tit. de Iuram. num. 69. inter loquendo hilce verbis: In Sachen NN wird nach eingeholten Rath der rechtsverständigen der Beschluß von Ambis wegen aufgehoben / und erkant / möge und wolle

wolle (gemelter) Beklagter einen leiblichen Eyd zu Gott schwören / daß er zu geklagten einbruch / und Entwendung unterschiedlicher mobilien / keinen Raub / Fürschub / Hülf oder Beystand gethan habe / daß solches gehört werden / und alsdann / er thue das / oder nicht / ferner ergehen soll / was recht ist. Dn. J. O. Tabor. *Racem. crim. 4. in Respons. Facult. Iur. Arg. §. 30. pag. 159. vid. Carpzov. de process. t. 12. Art. 3. num. 6.*

58. Modo aliæ probationes legitimæ deficient; Ob quas causas, arg. l. 3. C. de R. Cred. & jurejur. l. 31. ff. eod. l. f. §. 10. C. de jur. deliber. c. 6. X. de purg. can. c. 12. & 13. caus. 2. q. 4. Setler. de juram. lib. 3. c. 11. n. 16. tales verò adsint suscipiones, quæ aliquem inspectum reddunt, l. 6. §. 4. vers. sicubi C. de his. qui ad Eccles. cap. f. in f. X. de jurejur. c. 19. vers. ipse autem sacerdos, caus. 2. q. 4. R. J. de anno 1548. tit. Wie gegen denen. §. 1. O. C. p. 2. t. 10. §. 1. Carpzov. de process. t. 12. a. 3. num. 7. & seq. non tamen torturæ, vel juramento suppletorio locum faciunt. Carpzov. d. art. 3. n. 18. & seqq. & p. 1. cap. 22. d. 14. Setler. d. c. 11. num. 17. Quæ autem tales sint, à judicis arbitrio dependet. c. f. de jurejur. Carpz. d. art. 3. num. 11. & seqq. & l. Cons. lib. 3. def. 47. num. 3. Frantz. d. t. n. 68. Hisce autem Suspicionibus deficientibus, aut aliter purgatis, non defertur purgationis juramentum; Carpzov. p. 1. c. 22. def. 1. & d. tit. 12. a. 3. num. 8. Setler. d. c. 11. num. 15. ne quidem in causis matrimonialibus; Carpz. d. tit. 12. a. 3. num. 40. & seqq. & l. Cons. lib. 3. d. 47. n. 1. & seqq. adeo ut nec stuprum confesso, ratione promissi

missi matrimonii, hoc juramentum deferendum sit, si alia non obsint illius promissionis conjecturae; secundum Carpzov. *d. def.* 47. vid. tamen Carpz. *p. 1. c. 22. d. 4. tr. crim. p. 2. q. 68. num. 96. & seqq.* Frantzk. *d. t. num. 70.* Berlich. *part. ult. concl. 38. n. 85.* Richter. *1. decis. 8. p. 97. & seq.*

Quibus hoc
juramentum
deferatur.

59. Injungitur hoc juramentum suspicionibus gravato; & quidem ut plurimum Reo: *l. ult. §. 5. C. de jur. dom. Imp. auth. jure novo. C. de pœn. jud. qui mal. jud. c. 1. & ult. & pass. X. de purg. canon.* Interdum verò etiam actori; Carpzov. *lib. 3. I. C. def. 46. n. 15.* ratione sc. exceptionis, ut si, v. gr. suspensiones semiplena probatione leviores adessent, ipsum pecuniam creditam recipisse.

Præterea defertur non tantum veris, sed & fictis personis, Universitatibus sc. *O. C. p. 2. t. 10. §. 1. Setler. de Juram. lib. 3. c. 11. num. 35.* Berlich. *1. 6. §. 2. n. 8.* Gail. *2. de P. P. c. 7. num. 16. & 17.* masculis & foeminis, ita tamen, ut si masculino & foeminae simul delatum sit, Masculus prius jurare teneatur. Carpzov. *de process. tit. 12. a. 3. num. 6. & seqq. & part. 1. const. 22. def. 18.* sed non infamia notatis, *arg. c. 11. X. de purg. can.* Carpzov. *tr. crim. p. 3. q. 116. num. 61. in fin.* Setler. *de Juram. libr. 3. c. 11. num. 23.* Stat. Hamb. *p. 1. t. 34. art. 9. & perjuriis. cap. 1. X. de purg. can. Wesenb. conf. 98. n. 29.*

In quibus
causis.

60. Locum habet hoc juramentum regulariter in omnibus causis, maxime criminalibus, *c. presbiter. c. nobilis c. quando. c. si legitimi. 2. q. 4. cap. nobilis. c. si quis de gradu c. nos inter. X. de purg. can.* Dn. Carpz. *p. 3. q. 116. n. 58. & seqq.* Dn. J. O. Tabor. *Racem.*

Racem. 4. in respons. Facult. Iur. Arg. §. 30. p. 158.
 Groenew. ad lib. 2. Feud. 27. §. 3. n. 11. ubi dicit,
 hujus iuramenti in criminalibus nullum esse usum;
 sed fallit, si hoc generaliter intelligit. Hoc tamen
 verum, quod in huiusmodi causis, maxime capita-
 libus, magna opus sit Iudicis discretionem; Zang. in
 Oration. annex. tr. de except. p. 871. Equidem uti
 nemo communiter præsuntur divinæ gratiæ re-
 nunciare ad evitandum aliquod incommodum in-
 tra capitis periculum subsistens: ita paucis ea ani-
 mi vis est, ut mortem oppetere malint, quam per-
 jurium committere. Pufendorf. Jurispr. Univers.
 Elem. libr. 1. cap. 12. num. 39. Item in civilibus,
 l. 6. §. 4. C. de his, qui ad Eccl. l. ult. §. 5. C. de jur.
 dom. impet. C. f. X. de iurjur. Carpzov. p. 1. c. 22.
 d. 13. & 14. Frantzk. in Comm. π. tit. de iurjur. n.
 68. Setler. de iuram. lib. 3. c. 11. num. 26. Gail. 2.
 de P. P. c. 7. num. 12. & 13. & matrimonialibus. c.
 10. de despons. impub. Carpzov. part. 1. c. 22. d. 3.
 & in l. Conf. lib. 3. def. 45. Setler. de iuram. lib. 3.
 cap. 11. num. 7.

Et in specie etiam locum habet in causa injuria-
 rum, Carpz. 1. const. 22. def. 2. & d. t. 12. a. 3. n.
 23. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 52. num. 20. & 21.
 & p. 5. concl. 60. num. 3. & seqq. Setler. d. cap. 11.
 num. 21. Crimine fractæ pacis, O. C. p. 2. t. 10. vid.
 Gail. 2. de P. P. c. 7. & 8. Setler. d. c. 11. num. 10.
 Stupri, Carpz. p. 1. c. 22. def. 5. Adulterii, c. signi-
 ficasti. X. de adulter. c. interrogatum. c. statuit. 2.
 q. 4. Homicidii, c. ex tuarum X. de purg. can. De-
 fensionis. Carpzov. p. 1. c. 22. d. 2. furti, Carpzov.
 p. 1.

p. 1. c. 22. d. 7. præsentia ignorantia Carpzov. 1. 6.
22. d. 5. & 7.

Ratio, quo
hoc juramē-
tum differt
ab aliis.

61. Differt juramentum purgationis ab aliis spe-
ciebus, quòd hoc eum in finem deferatur, & præ-
stetur, ut eo ipso suspectus se liberet à suspitioni-
bus, & innocentiam suam ostendat. c. f. de jurejur.
c. 5. c. ex tuarum. 8. c. f. X. de purg. can. c. auditum
2. q. 4. Setser. de Juram. lib. 3. c. 1. n. 50. & seq.

De effectu
hujus jura-
mēti delati.

62. Effectus hujus juramenti delati est, quod
ille, cui delatum, illud omnino præstare teneatur,
& quidem regulariter in loco publico, vid. Setser. de
Juram. lib. 3. c. 11. n. 38. coram iudice & præsentem ad-
versario; Carpz. p. 1. const. 22. d. 9. & de process. t. 12.
a. 3. n. 58. in propria persona. O. C. lib. 2. tit. 10. §. 14.
& §. wãre aber. Setser. d. c. 11. n. 41. ita ut illud nec
referre, Rauch. 2. q. 3. n. 24. Setser. lib. 3. c. 11. n. 8.
Carpz. d. art. 3. n. 65. & seqq. aut alteri juramen-
tum calumniae deferre possit, Carpzov. p. 3. q. 116.
n. 72. & seqq. Rauchbar. lib. 2. q. 3. num. 35. Ad-
versarium quoque in causis matrimonialibus hoc
juramentum delatum remittere non posse, tradit
Setser. d. c. 11. n. 8. Si quis illud præstare recusat,
pro convicto & confesso habetur, & pro adver-
sario pronunciat. auth. novo jure C. de pœn. iud. qui
mal. c. inter sollicitudines. in fin. c. cum dilectis X.
de purg. can. O. C. p. 2. t. 10. §. Wurde sich. Dn. J.
O. Tab. Racem. 4. p. 160. §. 33. Carpzov. d. t. 12.
a. 3. n. 46. Setser. d. c. 11. n. 48. vid. tamen Carp-
zov. p. 3. q. 116. num. 81. & seq. & Menoch. de ar-
bitr. jud. quest. lib. 2. cent. 3. cas. 274. n. 5. Brun-
nemann. de process. civ. cap. 23. num. 36. Si tamen
inno-

Recusati.

innocentiam docere velit testibus vel alio modo, omnino audiendus est, O. C. p. 2. t. 10. Wurde sich aber. vers. es wäre dann. Rauchb. 2. q. 3. n. 11. & seqq. Carpz. 3. q. 116. num. 64. & p. 1. c. 22. d. 16. Tabor. de Racem. 4. p. 160. §. 34.

63. Præstito autem hoc juramento, purgata, De effectu
consentur suspiciones, & judicatur pro eo, qui ju- hujus jura-
ravit, ita ut si reus hoc juramentum præstiterit, ipse menti præ-
definitivè, c. ex tuarum. de purg. can. c. Mennam. stiti.
c. quanto. 2. q. 4. Tabor. d. Racem. 4. p. 159. ib.
31. & regulariter etiam quoad expensas absolvatur;
Carpzov. 1. 22. d. 17. & d. tit. 12. a. 3. n. 49. nisi
ipse sua culpa suspicioni causam dederit. Vallens.
de Iur. can. tit. de purgat. canon. n. 6. in fin. Illi ve-
rò cui hoc juramentum delatum est, quique illud
præstitit, regulariter expensæ non adjudicantur, sed
à Judice compensantur. Tabor. Racem. 4. p. 160. §.
32. Reus ita purgatus & absolutus, etiam in pristi-
num statum & officium suum restituitur. c. 8. c. in-
ter. X. de purg. can. de crimine caus. 15. q. 5. c. si-
gnificasti. X. de adult. O. C. 2. t. 10. §. und so er solch
Setler. de juram. lib. 3. c. 11. n. 43. Vallens. de jur.
can. de purgat. canon. n. 6. vers. effectus. Nec ulte-
rius sese purgare tenetur: Setler. de juram. libr. 3.
c. 11. n. 20. contraria tamen probatio non excludi-
tur. arg. l. 31. ff. de jurejur. vid. Ord. Cam. d. t. 10.
§. und so er solch & §. und soll auch. Setler. d. c. 11.
num. 45. seqq. Carpzov. 1. part. 22. def. 20.
& de process. t. 12. a. 3. num.
75. & seqq.

I

§. IV.

§. IV.

De Juramento voluntario.

Iuramētum
litis decisio-
rium quid.

64. Juramentum assertorium, quod directè respicit controversarum decisionem, vocatur in specie litis decisorium; quo quis directò litis decidendæ causa, intentionem suam veram esse, assererat. Unde maximum litium expediendarum remedium dicitur in *l. 1. ff. de jurejur.*

Quotuplex.

Defertur autem hoc juramentum vel à Partibus, vel à Judice. *d. l. 1.* A partibus vel extra judicium, vel in judicio. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disput. 21. th. 6. lit. Q. C. J. A. tit. de jurejur. §. 5.* vid. Borcholt. *de jurejur. cap. 2.*

Voluntariū
quid.

Illud vocatur voluntarium, *rubr. tit. ff. de jurej. sive conventionale*, quia per modum conventionis à parte parti extra judicium defertur, & suscipitur. *l. 17. pr. l. 28. §. f. l. 26. §. fin. ff. de jurejur.* Setser. *de jurament. lib. 4. c. 1. n. 9.* Beust. *in rubr. de jurejur. num. 52. & seq.* Borcholt. *de jurejur. cap. 2. n. 2. & 3.* vid. Petr. Gilken. *in rubr. C. de R. C. & jurejur. num. 13. & seqq.* Diss. Piccard. *in §. 11. l. de action. n. 48. & seqq.*

Causa ejus
efficiens.

65. Causa itaque ejus efficiens est conventio & libera unius delatio & alterius receptio. Sicuti enim nemo hoc juramentum deferre, ita etiam nemo invitatus delatum suscipere cogitur; sed illud libere recusare potest. *arg. l. 17. pr. ff. de jurejur. junct. l. 5. C. de Obl. & act.* Borcholt. *d. tr. c. 7. num. 1.* Beust. *in d. rubr. n. 53. & 73.* Setser. *d. lib. 4. c. 1. num. 9.*

§. c. 6.

§ c. 6 num. 1. Frantzk. in Comm. π. tit. de jurejur.
D. ff. Bach. ad Tr. vol. 1. disput. 21. th. 9. lit. b. per
l. 34. §. 6. & l. 38. ff. de jurejur. Unde qui tale ju-
rumentum defert, de calumnia jurare non tenetur.
Beust. in d. rubr. num. 75. Borcholt. d. tr. cap. 2.
n. 8. Schneidw. ad §. 11. l. de action. num. 18. Diff.
Frantzk. d. t. n. 99. per l. 34 §. 4. l. 34 ff. de jure-
jur. Bocer. class. 6. disput. 18. th. 53. Mestert. in var.
tr. ad l. 31. ff. de jurejur. quest. quomod. & quando
jusjurandum deferatur.

An deferens
de calumnia
jurare tenca-
tur.

66. Deferre autem hoc juramentum potest, qui
de re controversa disponendi & transigendi pote-
statem habet; arg. l. 26. §. f. ff. de jurejur. & qui-
dem non tantum ejus dominus, qui liberam habet
rerum suarum administrationem, sed etiam tutor &
curator l. 17. §. 2. l. 35. pr. ff. de jurejur. Carpzov.
de process. tit. 11. art. 1. num. 91. & seqq. Setser. tr.
de jurament. lib. 4. cap. 2. num. 20. & seqq. Item
procurator in rem suam, & omnium bonorum,
vel qui speciale ad juramentum deferendum habet
mandatum. l. 17. §. f. ff. de jurejur. vid. l. 18. & seq.
l. 34. §. 1. ff. eod. Carpz. de process. tit. 11. art. 1. n.
137. & seqq. Hinc excluduntur furiosi, pupilli sine
tutoris auctoritate. l. 17. §. 1. ff. de jurejur. l. 4. C.
eod. & ibi Brunnem. Item Minores & prodigi sine
curatoribus suis, l. 35. §. 1. ff. de jurejur. vid. Set-
ser. de juram. lib. 4. c. 2. num. 17. & seqq. nec non
Curatores Mulierum, Setser. d. c. 2. num. 34. & 35.
ubi nn. seqq. etiam agit de conjunctis cum cautione
de rato agentibus, de herede fiduciario, Vasallo,
Emphyteuticario & aliis.

Qui hoc ju-
rumentum
deferre pos-
sit.

Quibus deferri possit.

67. Deferri potest omnibus, cujuscunque sint ætatis, sexus, & conditionis; etiamsi non habeant rerum suarum administrationem; *l. 26. pr. l. 23. & seqq. ff. de jurejur.* Setser. *de juram. lib. 4. c. 3. n. 1. & seqq.* Bocer. *class. 6. disput. 18. th. 45.* Berlich. *decis. 116.* vid. Borcholt. *de jurejur. cap. 4. tam perentibus, quam negantibus. l. 28. §. f. ff. de jurejur.* Setser. *d. c. 2. num. 6.*

In quibus causis.

68. Et quidem regulariter in omnibus causis civilibus; *arg. l. 3. §. 1. ff. de jurejur.* etiam matrimonialibus, pro matrimonio; quia de novo quasi sub conditione jurisjurandi matrimonium contrahitur. *Carpzov. lib. 3. Jurispr. Consist. def. 44. num. 9. & tr. de process. tit. 11. art. 1. n. 67. & seqq.* sed non negative contra matrimonium; utpote quod excedit partium potestatem. *arg. Cap. f. X. de transact. Carpzov. d. def. 44. n. 10. & seqq. & d. art. 1. n. 72. & seqq.* Setser. *d. lib. 4. cap. 4. n. 7.* Borcholt. *d. tr. de jurejur. c. 5. num. 23.* Brunnem. *de process. civil. c. 23. n. 5.* De causis criminalibus idem dicendum, quod in seq. §. traditur ratione judicialis.

Ratio, qua distinguitur ab aliis speciebus.

69. Differt juramentum voluntarium ab aliis, quod hoc deferatur & præstetur directe ad controversiam decidendam & finiendam & quidem ex conventionem partium, extra judicium. *C. J. A. tit. de jurejur. §. 5. vid. preced. num.*

Effectus hujus juramenti delati, ratione illius, qui illud suscepit;

70. Effectus hujus juramenti delati & suscepti est, ratione illius, qui illud suscepit, quod illud potest nec recusare, *arg. l. 17. pr. ff. de jurej.* *Frantz. in Comm. π. de jurej. n. 93.* *Carpz. part. 1. const. 14. def. 3. & 15.* nec referre possit, *l. 17. pr. ff. de jurejur.*

jur. Setser. de juram. lib. 4. cap. 5. n. 2. & 3. Beust. in rubr. tit. de jurejur. n. 53. & seqq. Borcholt. de jurejur. c. 7. num. 2. Frantzk. in Comm. π. de jurejur. n. 110. sed omnino præstare teneatur, & quidem statim, l. 5. §. f. l. 6. ff. de jurejur. vid. Frantzk. d. t. num. 90. in forma, qua delatum est, l. 3. §. f. & ll. seqq. d. t.

Neque qui detulit, acceptum regulariter revocare potest. arg. l. 5. C. de O. & Act. Borcholt. de jurejur. cap. 6. n. 11. Carpzov. part. 1. const. 12. def. 4. Bach. ad Tr. vol. 1. disput. 21. th. 8. Lit. C. nisi novæ supervenerint probationes. arg. l. 11. C. de Reb. cred. Borcholt. d. l. Carpz. d. l. Diff. Frantzk. in Comm. π. tit. de jurejur. num. 94. & seqq. Remittere verò illud, & ejusdem gratiam facere omnino potest; ita ut remissum eundem habeat effectum, quem producit juramentum præstitum. l. 5. §. ult. l. 6. l. 9. §. 1. l. 41. ff. de jurejur. l. 8. C. eod. Frantzk. d. t. num. 98. Setser. d. lib. 4. c. 6. n. 16. & seqq. Borcholt. d. tr. cap. 6. n. 21.

71. Præstito autem vel remisso hoc juramento, datur actio vel exceptio in factum ex jurejurando. l. 9. §. 1. l. 28. §. f. ff. de jurejur. l. 8. Cod. de Reb. Cred. §. 11. Inst. de Action.

Est autem actio illa nihil aliud, quam actio prætorialis, competens illi, qui adversario extra judicium deferente juravit, sibi dari vel tradi oportere, adversus deferentem, ut quæ in juramenti delatione, sub illius præstiti conditione sunt promissa, præstentur. vid. §. 11. I. de action. & ibi Vinn. Hæc actio tanquam prætorialis dicitur in fa-

Ratione illius, qui illud detulit. An revocari possit,

An remitti possit.

Effectus hujus juramenti præstiti vel remissi.

Actio in factum ex jurejurando quid sit

ne sint
unt re-
23. &
3. n.
rlich.
m pe-
rejur.
fis ci-
rimo-
si sub
hitur.
9. &
d non
exce-
nsact.
1. n.
holt.
roceß.
licen-
lis.
aliis,
con-
em ex
tit.
cepti
d po-
ntzk.
2. 14.
iure-
jur.

Etum. l. 11. §. 1. ff. de jurejur. & utilis. l. 11. §. 1. l. 29. de jurejur. vid. Vinn. d. l. & ad §. ult. l. ad L. Aquil. num. 2.

Ejus causa
efficiens.

72. Causa hujus actionis efficiens remota est Prætor, §. 11. l. de action. qui ex æquitate hanc actionem introduxit. d. §. 11. vid. l. 1. & 2. ff. de jurejur. Causa proxima est conventio & promissio, quæ continetur in ipsa juramenti delatione. Qui enim defert hoc juramentum, simul etiam dicere & promittere videtur, quod, si actor juraverit, ipse præstare velit, quod ille petit. Præstito itaque jurejurando, atque promissionis conditione impleta, obligatur deferens ex hac purificata promissione Prætoris auctoritate confirmata, & ad illam implendam hac actione tenetur. l. 26. §. f. ff. de jurejur. Unde in hac actione nihil aliud quæritur, quam an juratum sit; l. 5. §. 2. l. 9. §. 1. ff. de jurejur. l. 11. C. de R. J. eaque indistinctè actionibus personalibus annumeratur; §. 11. l. de action. etiamsi ab initio de reali actione controversia fuerit. l. 11. §. 1. ff. de jurejur. Hæc enim nova est actio à priori realiter & specie diversa. l. 9. §. 1. ibi: actionem acquirat. l. 28. §. f. l. 30. pr. in f. ff. de jurejur. Actor siquidem hac actione agens non fundat se in priori causa, sed tantum in juramenti delatione & præstatione: l. 30. pr. in fin. ff. de jurejur. prioris verò actionis mentionem facit tantum ratione objecti, quo prior & hæc nova regulariter conveniunt.

Prior autem per hanc novam non tollitur, sed adhuc durat, & juranti competit, l. 30. pr. ff. de jurejur. ipseque electionem habet, an hanc, an verò illam

illam intentare velit. *d. l. 30. pr. ff. h. t. Vinn. ad §. 11. num. 1. & 2. Inst. de Action.* Idem fere sentit Bach. *de Action. disput. 3. thes. 4. fere in fin.* sed aliter rem explicat Frantzk. *in Comm. π. de jurej. n. 155. & seqq.* Borcholt. *in tr. de jurejur. c. 8.*

73. Datur hæc actio actori, qui secundum conditionem delatam juravit, *l. 11. §. 1. & 12. l. 28. §. f. ff. de jurejur. §. 11. I. de action.* ejusdemque Successoribus. *arg. l. 7. & 8. ff. de jurejur.* Adversus eum, qui hoc juramentum eidem detulit, & ejus successores: *l. 9. §. f. ff. de jurejur.* Borcholt. *de jurejur. cap. 8. n. 21.* vid. Frantzk. *in Comm. π. de jurej. n. 160.* sed non contra tertios possessores, *l. 9. §. f. ff. d. t.* Nam jusjurandum alteri, qui sc. neq; juravit, sive illud detulit, neq; in illius locum successit, nec prodesse, nec nocere potest, *l. 3. §. 3. l. 10. ff. d. t. Setfer. de jurejur. lib. 4. c. 7. n. 15. & seq.*

Cui detur.

Adversus quem.

74. Petitur hac actione omne illud, quod venit in priorem actionem; Frantzk. *in Comm. π. de jurej. num. 162.* nisi prior inficiando crescat in duplum. *l. 30. pr. ff. de jurejur.*

Ad quid.

75. Differt hæc actio ab aliis in eo, quod hæc competat ad aliquid petendum ex causa jurisjurandi, §. 11. *I. de Action.* hac formula: quod te mihi ex causa empti &c. dare vel præstare juravi, aut quod meum esse juravi, id te mihi præstare vel tradere oportere ajo & peto. *C. J. A. tit. de jurejur. th. 31. num. 1.*

Ratio, quare hæc actio differt ab aliis.

76. Reo, qui juravit, ejusque successoribus, etiam singularibus (vid. *l. 7. & 8. ff. de jurejur.*) datur exceptio jurisjurandi; §. 4. *I. de Except. l. 28.*

De Exceptione ex jurejurando.

§. fin.

§. 1. l. ad L. nota est hanc a- de ju- missio, Qui e- cere & t, ipse ue ju- mpleta, missione m im- e jurej. quam r. l. 11. rsona- ab ini- §. 1. ff. i reali- acqui- tor si- priori & præ- s verò pjecti, nt. r, sed de ju- a verò illam

§. fin. ff. de jurejur. quæ est perpetua, l. 40. ff. d. t. & exceptioni pacti similis, l. 25. ff. d. t. competens adversus illum, qui juramentum hoc detulit, ejusque successores. arg. l. 9. §. f. ff. de jurejur. & hoc non tantum si eadem actione adversarius utatur, cujus nomine exegit jusjurandum, sed etiam si aliâ modo eadem quæstio in judicium deducatur, l. 28. §. 4. ff. de jurej. l. 5. ff. de except. rei jud. vid. Borcholt. de jurejur. cap. 8. n. 16. & seqq. Setfer. d. tr. lib. 4. c. 7. num. 18. & seq. Prodest hæc exceptio etiam fidejussoribus. l. 28. §. 1. ff. d. t. vid. tamen Borcholt. d. c. 8. n. 10. & pignora quoque liberantur. l. 40. ff. de jurejur. Borcholt. d. c. 8. n. 15.

Si de juramento præstito vel remisso aperte constat, actio adversus jurantem & ejus successores statim à prætore denegatur. l. 9. pr. l. 7. & 8. ff. de jurej. prior tamen obligatio civilis & actio non ipso jure per hoc juramentum tollitur. §. 4. I. de Except. vid. l. 95. §. 4. ff. de solut.

Interdum etiam Reo, qui juravit rem suam esse, datur actio in factum, contra eum, qui juramentum detulit. vid. l. 11. §. 1. ff. de jurejur. Et si actor vel reus juravit de contractu ex utroque latere obligatorio, etiam illi, qui detulit, datur actio vel exceptio. vid. l. 13. §. 3. ff. de jurejur. Franzk, in Comm. π. d. t. num. 161.

§. IV.

De Juramento judiciali.

77. Juramentum litis decisorium, quod à parte parti

parti in iudicio deferatur, iterum datur sive deferatur. (vid. l. 12. pr. C. de iurejur.) vel in iure, coram prætore, quod certo respectu ad voluntarium refertur, quatenus sc. illo præstito etiam actio vel exceptio in factum ex iurejurando datur, l. 26. §. f. ff. de iurejur. l. 8. C. de R. C. Bachov. ad Tr. 1. d. 21. th. 6. Lit. C. vid. Frantzk. in Comm. π. d. t. n. 75. & seqq. vel in iudicio, coram iudice proprie ita dicto. Et hoc in specie Judiciale vocatur, quod sc. Quid sit. à parte parti, in iudicio, Iudice comprobante, directè litis decidendæ causa deferatur. l. 12. pr. C. de R. C. Setler. de iurament. lib. 4. c. 1. n. 10. Beust. de iurejur. in rubr. num. 58. Borcholt. tr. de iurejur. c. 2. num. 2. & seqq.

78. Causa itaque hujus iuramenti efficiens est Ejus causa efficiens. partis, Actoris sc. vel Rei, delatio, bona fide, & non calumniandi vel vexandi animo facta, & à iudice interloquendo confirmata, l. 12. §. 1. C. de R. C. hac e. gr. formula: *Wurde Kläger den deferirten Eyd schwehren / und vermittels dessen erhalten / daß beklagte ihme die ehe versprochen habe / in massen ihme zu thun oblitget / so ergehet darauff in der Sach ferner was recht ist.* Carpz. de process. tit. 11. art. 1. n. 71. Iuramentum, quod nemine deferente præstatur, à prætore non defenditur, l. 3. pr. ff. de iurejur. ibi Beust. n. 5. & seqq. Borch. de iurej. c. 3. n. 2.

Et Hodie nullum in iudicio præstatur iuramentum, nisi prius à iudice interloquente sit impositum, teste Carpz. d. t. 11. art. 2. num. 2. & seq. Qualitatem hujus delationis deferens iuramento asseverare, & iuramentum calumniæ sive malitiæ, si illud

K

ab

ab adversario petitur, præstare tenetur. l. 34. §. 4. l. 37. ff. de jurej. l. 9. C. de R. C. i. f. C. de fideicom. Frantzk. in Comm. π. tit. de jurej. n. 99. Setser. de jurejur. libr. 4. c. 5. n. 1. Carpzov. p. 1. c. 12. def. 23. adeo ut si deferens de calumnia jurare nolit, principale pro præstato habeatur, perinde ac si remissum esset. d. l. 37. arg. l. 24. ff. de cond. & demonstr. l. 161. de R. J. Stat. Hamburg. p. 1. t. 34. artic. 5. Setser. d. c. 5. num. 4. & seqq. Carpz. d. const. 12. def. 28. exceptis parentibus & patronis, vid. §. præc. 11. & Borcholt. de jurej. c. 7. n. 23. & seqq.

Qui hoc juramentū deferre possint

an etiam ille, qui nihil probavit,

79. Defert hoc juramentum non tantum actor, sed etiam reus; l. 12. pr. vers. omne. C. de R. C. Carpz. de process. tit. 11. art. 1. n. 113. Borcholt. de jurejur. c. 3. n. 3. etiam si deferens nihil plane probaverit, l. 35. pr. ff. de jurejur. l. f. C. de fideicom. l. 25. §. pen. ff. de probat. l. 12. pr. ibi in principio. C. de R. C. l. 11. §. 1. ff. rer. amot. arg. l. 34. §. 6. l. 38. ff. de jurejur. Juramenti enim delatio in effectu est species probationis, l. 5. §. 2. ff. de jurejur. Cum enim deferens, jure permittente, adversarium in propria causa facit testem & judicem, vid. l. f. C. de fideicom. hic, si illud acceptare vel referre recusat, merito habetur pro confitente, se malam habere causam. l. 38. ff. de jurejur. ita ut l. 4. C. de edendo huic sententiæ non adversetur; maxime cum deferens, adversario postulante, etiam de calumnia jurare teneatur. Vinn. lib. 1. select. qu. 42. Frantzk. in Comm. π. tit. de jurej. num. 103. & seqq. Carpz. l. F. p. 1. c. 12. def. 2. & libr. 1. Resp. 77. & de process. t. 11. art. 1. num. 78. & seqq. Setser. de juram. lib. 4.

lib. 4. c. 2. num. 48. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 29.
 n. 8. Diss. Bachov. ad Tr. vol. 1, d. 21. th. 9. L. C.
 Mestert ad l. 31. ff. h. t. in var. tract. quest. an reus
 iudiciale recusare possit, si actor nihil probavit. Atq;
 hoc iure civili etiam verum esse existimat Frantzk.
 d. t. num. 108, etiamsi actor aggressus esset proba-
 tionem, & in eadem defecisset. arg. l. 12. pr. C. de
 R. C. quia non est prohibitum pluribus uti proba-
 tionibus, & obtinendi modis. Facit huc arg. l. 11. C.
 de R. C. Bach. 1. d. 21. th. 9. L. c. vers. imo etiamsi
 reo. Neque supra citatae leges distingunt. E. l. 8. ff. de
 publ. in rem act. vid. tamen Carpz. de process. t. 11.
 art. 1. num. 26. & seqq. vid. etiam Setser. de Iuram.
 lib. 4. c. 2. num. 39. & seq.

qui in pro-
 batione sus-
 cepta defe-
 cit.

80. Illud in hoc quoque iuramento necessarium,
 ut deferens de re controversa disponendi & transi-
 gendi potestatem habeat: qualis est dominus libe-
 ram rerum suarum administrationem habens. Item
 tutor, curator, in rem suam & omnium bonorum
 procurator, & qui ad hoc speciale habet man-
 datum. vid. §. preced. IV. Neque infamem vel
 perjurium hinc excludendum esse censemus. Licet
 enim huic tanquam facile pejeraturo iuramentum
 tuto referri non possit: sufficit tamen quod iure re-
 ferri, & ipse adversarius iudex & testis in propria
 causa esse possit. Neque recusantis supersticio, vid.
 l. 8. ff. de condit. Inst. sed publica potius utilitas est
 attendenda; quae suadet, ut mediante iuramento ci-
 to lites expediantur. Praeterea nec relationis im-
 pedimentum statim impedit iuramenti delationem.
 l. 11. §. f. ff. rer. amot. vid. Setser. de juram. lib. 4.

an Tutor,
 Curator &
 Procurator.

An infamis
 & perjurus.

K 2

C. 3.

§. 4.
 icom.
 ser. de
 def.
 nolit,
 si re-
 monst.
 tic. 5.
 st. 12.
 prac.
 actor,
 R. C.
 ult. de
 pro-
 icom.
 cipio.
 6. l.
 effe-
 rejur.
 rium
 f. C.
 re re-
 n ha-
 C. de
 cura
 mnia
 ntzk.
 arpz.
 pro-
 ram.
 lib. 4.



c. 3. num. 41. Bach. ad Tr. v. 1. d. 21. thes. 9. lit. a. verb. non etiam ea Frantz. d. tit. de jurejur. n. 118. post Umm. & Duaren. Brunnem. de process. civ. c. 23. num. 4. Diss. Carpzov. p. 1. c. 14. d. 6. & tr. de process. t. 11. art. 1. n. 85. & seqq.

Hic tamen recte excluduntur furiosi, mente capti, pupilli, minores, prodigi sine tutoribus & curatoribus suis. vid. §. præced. IV. n. Borch. tr. de jurejur. cap. 3. per tot.

Quibus deferri possit.

81. Deferri potest hoc juramentum omnibus, qui aliquem rei controversæ intellectum habent; cujuscunque sint sexus, ætatis, & conditionis; l. 26. pr. l. 20. & seqq. ff. de jurejur. Carpz. de process. tit. 11. art. 2. num. 10. & seqq. vid. omnino Borcholt. de jurejur. d. c. 4. per tot. etiam personæ vili & infami. Setser. de juram. lib. 4. c. 3. num. 10. & seqq. Illi, qui intentionem suam plene probavit, super eo, quod ita probavit, juramentum inferri nequit. c. 2. X. de probat. Ant. Faber. in C. l. 4. tit. 1. d. 3. Papon. lib. 9. t. 6. art. 5. Greenew. ad l. 9. num. 2. C. de R. C. Setser. de Juram. libr. 4. c. 3. n. 15. unde nec in calu l. 14. §. 3. C. de non n. pecun. locū habet.

In quibus causis.

82. Ad objectum hujus juramenti pertinent omnes causæ & actiones civiles, personales & reales, reipersecutoriæ & pœnales, petitoriæ & possessoriæ; l. 3. §. 1. l. 34. pr. l. 9. §. 1. l. 11. §. 1. ff. t. de jurejur. Carpzov. de process. t. 11. art. 1. n. 8. Setser. d. lib. 4. c. 4. n. 3. etiam populares, l. 30. §. 3. ff. d. tit. Borcholt. tr. de jurejur. c. 5. n. 12. & famosæ: arg. l. 3. §. 1. l. 28. §. l. 9. §. 2. de jurejur. Carpz. d. t. 11. a. 1. n. 35. Setser. d. lib. 4.

an in actionibus famosis.

c. 4.

c. 4. n. 2. Borcholt. d. tr. c. 5. n. 20. ut actio injuriarum l. 5. §. 8. l. 13. §. 1. de injur. Carpzov. d. tit. 11. a. 1. n. 41. & seqq. & lib. 3. Resp. 44. etiam recantatoria, Diss. Carpzov. d. l. & actio depositii ob dolum depositarii intentata, l. 10. C. de R. C. Carpz. d. art. 1. n. 60. & seqq. qui tamen contrarium tradit in J. F. part. 1. const. 12. def 31. vid. tamen l. 30. pr. ff. de jurejur. Borcholt. de jurejur. c. 5. n. 15. & seqq.

In causis criminalibus non admittitur hoc juramentum. Accusator Reo illud deferre nequit, propter summū perjurii periculum. Reus siquidem ad pœnam criminalem evitandam facile pejeraturus censetur. Carpz. d. tit. 11. a. 1. n. 53. Neq; in potestate est Accusatoris, in tali causa Reum judicem & testem constituere. arg. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. a. verb. non vero in criminalibus, vid. Beust. in l. 3. de jurejur. n. 56. & Borchold. de jurejur. c. 5. n. 14. Reus vero propterea Accusatori juramentum non potest deferre, quia hujusmodi juramentum ad pœnam corporis vel capitalem infligendam non sufficere videtur. arg. l. f. C. de probat. neque quisquam est membrorum suorum dominus, ut talem causam accusatoris juramento committere possit. Berl. p. 2. decis. 297. n. 4. Bocer. class. 6. d. 18. th. 51. lit. b. Paul. de Castr. ad l. 31. h. t. n. 10. Brunnem. de process. c. 23. num. 5. Setler. de Juram. lib. 4. c. 4. n. 5. & 6. Beust. in l. 3. de jurejur. n. 57. & seqq. Si verò ad pœnam tantum pecuniariam agitur, tunc etiam in hisce causis hoc jura-

An in causis
criminalib*.

mentum admittitur. Brunnem. d. n. 5. Et Reum super exceptionibus in causa quoque criminali hoc juramentum deferre posse, defendit Berlich, 2. decis. 297. Carpz. lib. 3. Resp. 45.

An in causis matrimonialibus.

83. In causis matrimonialibus idem obtinet, quod in præcedenti §. IV. ratione juramenti voluntarii dictum est. Setser. d. libr. 4. c. 4. n. 7. Beuff. in d. l. 3. n. 63. & seqq. Borcholt. de jurejur. c. 5.

an de facto alieno.

n. 23. Bocer. class. 6. d. 18. th. 52. Præterea super facto alieno, & propterea etiam heredi super facto defuncti, juramentum veritatis deferri nequit. l. 11. §. 2. rer. amot. l. 4. d. in litem jurejur. Carpzov. part. 1. const. 12. def. 40. & 41. & const. 24. def. 1. tr. de process. tit. 11. art. 6. n. 1. & seqq. Setser. de juram. lib. 4. c. 3. n. 21. 26. & seqq.

an etiam super uno articulo.

Juramentum verò credulitatis & heredibus & aliis super facto alieno deferri potest. Carpz. dd. ll. & d. tit. 11. art. 6. n. 8. n. 50. & seqq. Berlich. part. 1. conclus. 32. n. 19. & 20. Illud nihil refert, super uno tantum articulo, sive super tota causa hoc juramentum deferatur, Carpz. d. t. 11. art. 1. n. 30. & seqq. In illis causis, in quibus requiritur probatio per scripturam, an hoc juramentum deferri possit, de eo vid. Setser. de juram. lib. 4. c. 3. n. 16. & seqq.

Differentia specifica.

84. Differt juramentum judiciale ab aliis, quod hoc directè ob lites decidendas deferatur, & quidem à parte parti in judicio, Bocer. class. 6. d. 18. th. 56. lit. a. tam summario, quàm ordinario; arg. l. 3. §. 1. ff. de jurej. l. 12. in fin. pr. C. de R. C. Carpz. de process. t. 11. a. 1. n. 3. & seqq. in quacunque judicii

judicii parte l. 12. pr. C. de R. C. vid. Stat. Hamb. p. 1. t. 34. art. 1. ibi : vor der Kriegs Befestigung. Setser. de juram. lib. 4. c. 5. n. 26. & seqq. Carpz. p. 1. c. 12. d. 1. & t. 11. a. 1. n. 97. & mult. seqq. Beust, in rubr. de jurejur. n. 80. Formula autem sub qua hoc, uti & alia juramenta deferuntur, duplex est : Primâ factum, sive illud, de quo controversia, committitur tantum alicujus conscientia, es wird in sein Gewissen geschoben / quando sc. adversario defertur de facto ejus proprio, & tunc de ipsa veritate jurare debet, quod sc. sciat, rem ita sese habere : Secundâ controversia committitur conscientia, scientia & ejus credulitati simul, wird in sein Christlich Gewissen / Wissenschaft und wohlbewusst geschoben. quo casu tantum jurat de notitia & credulitate, sive de ignorantia; & hæc locum habet in factis alienis. Carpz. de process. t. 11. art. 1. n. 53. & seqq. p. 1. c. 12. d. 4. & 41.

85. Effectus hujus juramenti delati est, quod illud regulariter non possit recusari. cap. ult. X. de jurej. nisi I. deferens juramentum de calumnia exactum præstare nolit; l. 37. ff. de jurejur. aut II si delatum & revocatum iterum deferat; l. 11. C. de R. C. Beust. in rubr. de jurejur. num. 61. aut III. deferens non habeat potestatem deferendi, l. 35. §. 1. ff. de jurejur. aut IV. sub ea formula sit delatum, sub qua, salva pietate & honestate, præstari non possit; l. 5. §. 3. ff. d. t. aut V. præstitum nihil operetur; Carpz. de process. t. 11. art. 1. n. 22. & seqq. unde qui conveniri non potest, juste juramentum recusat. Setser. de juram. lib. 4.

Effectus hujus juramenti delati. An recusari possit.

de effectu ju-
ramenti in-
justè recusa-
ti.

lib. 4. c. 3. n. 15. l. 14. §. vide licet. C. de non num.
p. cun. aut VI. ille, cui delatum, alio modo inten-
tionem suam probare velit. arg. c. 2. X. de probat.
l. 30. pr. ff. de jurejur. Frantzk. d. tit. de jurejur.
n. 119. Beult. in rubr. de jurejur. n. 60. vid. Carpz.
par. 1. c. 14. def. 14. & seqq. & de process. t. 11.
art. 5. num. 1. & seqq. Stat. Hamb. 1. t. 34. a. 4.
Diff. Setser. d. c. 3. n. 12. & seqq. & 33. aut VII.
factum alienum ignotum alicujus conscientia sit
commisum v. l. 34. pr. de jurejur. l. 11. §. 2. ff.
rer. amot. Frantzk. in Comm. π. de jurej. 121. Beult.
in rubr. de jurejur. num. 63. & seqq. Si verò si-
ne justa causa quis hoc juramentum recusaverit,
habetur ille pro confesso & convicto, & si est reus,
condemnatur, si actor, reus absolvitur. l. 36. §. 6. &
ult. l. 38. ff. de jurejur. l. 9. C. de R. C. Carpz. lib. 6.
Respons. 120. n. 1. & 2. à qua tamen Judicis sententia
permisum est appellare, eum sc. in finem, ut judex
secundæ instantiæ cognoscat & judicet, an justa ad-
fuerit recusationis causa, an verò non, l. 12. §. 2. C.
de R. C. Brunnemann. de process. civ. cap. 23. n. 18.
Setser. de juram. lib. 4. c. 8. n. 10. & seqq.

de effectu ju-
ramenti re-
lati.

86. Cui itaque hoc juramentum est delatum,
ille, si non justa adest recusationis causa, illud vel
acceptare, vel referre debet. l. 34. §. 6. & 7. l. 38.
ff. de jurejur. Posterius si elegerit, regulariter o-
mnino audiendus erit; l. 34. §. 7. l. 38. d. t. Carpz.
de process. d. tit. 11. a. 4. n. 3. & seqq. etiam in casu
l. f. C. de fideicom. Borcholt. de jurejur. c. 7. n. 21.
ita ut referentem de calumnia jurare non oporteat.
l. 34. §. 7. ff. d. t. Carpz. d. art. 4. n. 26. Setser. de
Juram.

Juram. libr. 4. c. 5. n. 7. deferens verò juramentum sibi relatum omnino præstare, *l. 34. §. 7. ff. de jurejur. l. 12. §. 1. C. de R. C. & in foro Sax. etiam de calumnia jurare teneatur; Carpz. 1. c. 14. d. 5. vid. Borcholt, de jurejur. c. 7. n. 5. adeo ut illud iterum referre non possit; arg. d. l. 34. §. 7. ff. de jurejur. l. 12. §. 1. ibi necessitate ei imponenda. Cod. de R. C. Nec admittitur, si suam intentionem alio modo docere velit. arg. l. 12. §. 1. C. de R. C. l. 34. §. 7. ff. de jurejur. Stat. Hamb. 1. §. 34. art. 3. Berlich. 1. concl. 23. n. 11. Carpz. 1. 14. def. 4. & de process. t. 11. a. 5. n. 13. & seqq. Beust. in d. rubr. n. 76. de jure communi Diss. Brunnemann. de process. c. 23. n. 15. ubi adducit Schneidw. & A. Fabr. & si ipse relatum juramentum recusat, pro confesso & convicto habetur, & à judice contra illum judicatur; nec appellatio ab illa sententia admittitur. l. 12. §. 1. C. de R. C. Setser. de Juram. lib. 4. c. 8. n. 10.*

Tutor si in causa pupilli deferat hoc juramentum, ipse quoque, si illi referatur, illud præstare tenetur. Carpz. d. t. 11. art. 4. n. 30. & seqq. Ant. Faber. lib. 4. tit. 1. def. 20. n. 3.

87. Excipiuntur tamen certi casus, in quibus hæc juramenti relatio non locum habet: v. gr. si juramentum respicit proprium factum illius, cui delatum est. arg. l. 34. §. 8. ff. de jurejur. l. 11. §. 1. §. f. l. 13. ff. rer. amot. Carpz. 14. def. 10. Unde etiam in cap. ult. X. de Jurejur. dicitur, quod famosa actione convento hujusmodi jusjurandum referre non liceat. Famosa enim actio non datur, nisi de facto rei proprio. l. 6. §. 2. ff. de his qui not. in fam. aliter

Quando hoc juramentum referri non potest,

L haac

num.
nten-
obab.
rejur.
arpz.
t. 11.
a. 4.
VII.
ia sit
2. ff.
Beust.
rò si-
erit,
reus,
6. &
lib. 6.
entia
judex
a ad-
2. C.
n. 18.
tum,
d vel
l. 38.
er o-
arpz.
casu
n. 21.
teat.
er. de
ram.



hanc rem explicat Borcholt. *de jurej. c. 7. n. 14. & seqq.* Idem dicendum si de facto tertii deferatur juramentum, & ille, cui delatum, meliorem haberet rei cognitionem, quam deferens. *arg. l. 34. §. 8. ff. de jurej.* Frantzk. *d. t. num. 112.* vid. Setser. *de juram. lib. 4. cap. 6. num. 8. & seqq.* & Borcholt. *d. c. 7. n. 22.* ubi contrarium amplectitur. Sic etiam, si quis affirmanti matrimonium hoc juramentum defert, affirmans illud neganti referre non potest, per ea, quæ in præcedenti §. IV. sunt dicta.

Eff. juram.
suscepti.

88. Cæterum si adversarius, cui hoc juramentum delatum, prius elegerit, & juramentum suscepit, vid. Carpz. *p. 1. c. 12. d. 6. & d. tit. 11. a. 3. n. 5. & seqq.* tunc deferens illud revocare & ordinariis probationibus uti non potest; *arg. l. 5. C. de O. & A. Carpz. part. 1. c. 12. d. 3. & de process. t. 11. a. 1. num. 132. & seqq.* nisi novæ probationes supervenerint; *l. 11. C. de R. C. Carpzov. d. p. 1. c. 12. d. 4. & d. t. 11. a. 1. num. 135. & seqq.* vel alia justa causa adsit; Borcholt. *d. tr. cap. 6. n. 8.* Beust. *in l. non erit. 6. n. 3. & 4. de jurejur. ubi nn. seqq.* hoc pluribus explicat. Nec ille, cui delatum, semel susceptum referre potest, *arg. l. 5. Cod. de O. & A. Frantzk. in Comm. x. t. de jurej. n. 93. Carpz. 1. c. 14. d. 3. & de process. tit. 11. a. 4. n. 9. & seqq.* sed illud præcise præstare tenetur, & quidem jure civili in continenti. *l. 5. §. f. ff. de jurej. Frantzk. d. t. num. 90.* vid. Carpz. *p. 1. const. 12. d. 7. & tit. 11. a. 3. n. 54. & seqq.* Setser. *de jurejur. lib. 4. c. 5. num. 24.* Beust. *in l. 15. ff. de jurejur. n. 42.* in forma sub qua fuit delatum; *l. 3. §. f. & ll. seqq. ff. d. t. vid.*

vid. omnino Carpz. de process. t. 11. a. 3. num. 110. & seqq. usque ad fin. & quidem regulariter in loco iudicii, coram iudice, adversario præsente; l. 12. in f. pr. §. 4. C. de R. C. nisi juraturi sint personæ egregiæ, vel valetudine impediuntur; tunc enim ad illas mittitur, ut in propriis ædibus jurent; l. 15. ff. de jurejur. vid. Græneweg. ad d. l. & Beust. ad d. l. 15. per tot. quod etiam in senibus observandum esse docet Berlich. 1. decis. 116. per l. 5. ff. de jur. in mun. & Beust. in d. l. 15. num. 12. & seq. vide Ruland. de comm. p. 2. l. 2. c. 5. n. 6.

Debent autem illi ipsi, quibus hoc iuramentum delatum est, illud præstare. arg. l. 3. §. f. ff. de jurejur. l. 12. §. 4. C. de R. C. Multum siquidem interest, à quo iuramentum præstetur. l. 12. pr. C. de R. C. Hinc si principali, ipsi sc. actori, vel reo, illatum sit, per procuratorem, licet speciale mandatum habeat, invito deferente illud præstari nequit: arg. dd. ll. Bachov. ad Tr. 1. d. 21. th. 1. L. a. verb. moribus v. receptum. & th. seq. 10. L. f. sed ipsum principalem jurare oportet. & si absens, ad hoc evocari, vel si iudici hoc ita visum fuerit, eo in loco, ubi degit, ipsemet, coram actis, præsente adversario vel ejus procuratore, jurare debet. l. 12. §. 4. C. de R. C. Setser. ed juram. lib. 4. cap. 3. n. 23. & seq. item n. 42 Bach. d. d. 21. th. 10. lit. f. Berlich, 1. decis. 117. num. 8. & seq. Bocer. cl. 6. d. 18. th. 49. Si tamen hoc iuramentum ab initio ipsi procuratori sit delatum, vel deferens postea consentiat, tunc etiam per procuratorem præstari potest. l. 9. §. 6. ff. de jurejur. Brunnem. c. 23. n. 21. Bocer.

an per procuratorem præstari possit.

- cer. d. disput. 18. th. 48. vid. Carpz. 1. c. 12. d. 39. num. 2. & tit. 11. a. 2. num. 24. modo procurator sponte hoc faciat; invitus enim ad hoc non compellitur. l. 34. §. 3. ff. de jurejur. Bocser. d. d. thes. 47. Setser. de Juram. lib. 4. cap. 3. n. 19. Sic etiam, si ipsi Universitatis Syndico delatum sit, aut adversarius consentiat, ipse, si vult, universitatis nomine admittitur. Bachov. d. disput. 21. th. 10. lit. G. vers. quid si collegio. Aliàs juramentum Universitati delatum, per ejus administratores præstari debet. l. 97. de cond. & demonst. l. 14. ad municip. vid. O. C. p. 2. t. 10. §. 1. in f. Gail. 2. de P. P. c. 7. num. 17. & 18. Carpz. t. 11. a. 2. n. 51. & seqq. ubi explicatur quid in foro Sax. obtineat. Idem dicendum est de tutore & curatore; quod sc. si ipsis sit delatum, vel deferens consentiat, illi etiam in causa pupillari ad hoc juramentum admittendi, sed non inviti compellendi. arg. l. 4. de in lit. jurand. Bachov. ad W. de jurejur. num. 4. Flahn. ibidem in fin. At si ipsi pupillo juramentum delatum sit, tutor, adversario invito, ad hoc juramentum non admittitur; arg. d. l. 3. §. f. ff. l. 12. §. 4. C. de R. C. Carpzov. 1. c. 12. d. 42. & d. t. 11. a. 2. n. 15. & seqq. 38. & seqq. sed si pupillus illud sponte præstare nolit, vid. l. 34. §. 2. ff. de jurejur. secundum Carpz. differenda est ejus præstatio in tempus pubertatis. tr. de process. t. 11. art. 2. num. 14. & seqq. Hinc etiam, si ille, cui hoc juramentum delatum, antequam illud susciperet, decederet, heres illius, juramentum defuncto delatum præstare non posset: quia deferens defuncti fidem conscientiam & scientiam elegit, qui in herede
- an per Syndicum?
- an per tutorem & curatorem?
- an pupillus?
- an heres.

rede non semper ead. l. 12. pr. C. de R. C. Bach. v. 1. disput. 21. th. 10. L. g. in f. Beust. in rubr. de jurejur. n. 66. vid. Carpzov. d. tit. 11. art. 2. n. 11. & seqq. Setser. de Juram. lib. 4. c. 3. num. 29. & seqq. Si verò defunctus suscepisset juramentum, & ante ejus præstationem ab hac luce substractus esset, tunc, quia morientes salutis æternæ non immemores esse præsumuntur, juramentum secundum nonnullos pro præstito haberetur. Gail. 2. O. 43. Berlich, 1. c. 55. n. 14. Carpz. R. 120. Stat. Hamburg. p. 1. tit. 34. art. 13. Setser. d. cap. 3. n. 32. in fin. Myns. 1. O. 13. Beust. in rubr. num. 67. ** quod ipsum tamen in hoc juramento, non sine ratione, in dubium vocat Bachov. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 10. lit. g. in f. cum secundum dictum Baldi & commune Jctorum proverbium, non omnis moriens sit Sanctus Johannes Evangelista. Polydor. Ripa, tr. de actib. in mort. artic. c. 50. num. 1. & seqq. Menoch. de præsumpt. libr. 5. præf. 5. præsertim ubi de ipsius commodo agitur, Polyd. Rip. d. l. vel si, uti sæpe fieri solet, mors ex improvise supervenit. Deferens hoc in casu adversarium in propria causa testem & judicem constituit, sub hac expressa conditione si ipse juraverit; quæ conditio in forma specifica est adimplenda. l. 44. l. 55. ff. de cond. & demonstr. Brunne- mann. d. c. 23. n. 20. consentit Borcholt. tr. de jurejur. c. 7. num. 32. & seq.

89. Præstito autem vel remisso, (vide l. 5. §. f. l. De effectu juramenti præstiti vel remissi. 6. l. 9. §. 1. l. 41. h. t. Statut. Hamburg. p. 1. t. 34. art. 8. vid. Setser. de juram. lib. 4. c. 6. n. 25. Beust. in l. 6. de jurejur. n. 8. & seqq.) judiciali juramento, L 3 cedit

d. 39.
rator
com-
l. thes.
eriam,
dver-
mine
vers.
i de-
et. l.
O. C.
n. 17.
licat,
st de
, vel
ri ad
om-
l. W.
i ipsi
ario
g. d.
. 12.
ed si
§. 20
ejus
. 11.
hoc
et,
ela-
nti
he-
ede



cedit illud pro justa probatione, l. 5. §. 2. l. 11. §. 3. ff. de jurej. & Judex, auctore jurante, reum sua sententia condemnat; Reo verò jurante, eundem absolvit. l. 34. §. ult. ff. de jurejur. Carpz. de process. t. 11. a. 7. n. 26. & seqq. vid. Setler, de jurejur. lib. 4. c. 9. ubi de expensis huiusmodi litis. Atq; huic sententiae omnino standum est, ita ut ab illa nec appellari, l. 12. §. 3. C. de R. C. arg. l. 56. ff. de rejud. Carpz. 1. const. 15. d. 7. de process. t. 11. a. 7. num. 48. & seqq. Setler. de jurejur. lib. 4. c. 8. n. 6. & seqq. Borcholt. de jurejur. c. 9. n. 11. & seqq. nec de perjurio quæri, aut ejus prætextu vel propter instrumenta noviter reperta illa retractari possit; l. 1. C. de R. C. ibi Brunnem. l. 31. ff. de jurejur. ibi Beust. n. 124 & seqq. arg. l. 19. C. de transact. junct. l. 2. ff. de jurejurand. Carpz. 1. c. 15. def. 1. 2. & 3. Borcholt. de jurejur. c. 8. n. 47. & seqq. n. 54. excepto casu l. ult. C. de R. C. vid. Borcholt. d. c. 8. n. 49. & seqq. Brunneman. ad d. l. f. ad quem respiciunt verba ultima. l. 1. C. d. r. quæ non sine ratione à Triboniano addita consentur. Frantzk. in Comm. π. tit. de jurejur n. 169. Bach, ad Tr. vol. 1. d. 21. th. 8. L. b. vers. nec perjurio. Post hanc autem sententiam non datur actio vel exceptio ex jurejurando, sed actio & exceptio judicati. Bachov. d. d. 21. thes. 9. Lit. verb. an vero actio.

§. VI.

De Juramento necessario.

90. Juramentum litis decisorium, quod iudex defert, vocatur **Necessarium**; quia ex necessitate est

est introductum, ex necessitate à Judice defertur, & ex necessitate à parte suscipitur. Beust. in l. 31. ff. de jurejur. n. 158. & seqq. Vinn. lib. 1. select. quest. 43. & describitur, quod sit juramentum litis decisorium, quod Judex, uni ex litigatoribus, ad imperfectam intentionis suæ probationem confirmandam & supplendam defert; unde etiam suppletorium vocatur. Berlich. 1. concl. 53. num. 4. & Setser. d. l. 4. c. 15. n. 4. & seqq. & cap. 16. per tot.

Quid sit.

Quis hoc juramentum deferat.

91. Defert itaque hoc juramentum Judex, l. 31. ff. de jurejur. l. 3. C. de R. C. Beust. d. l. n. 163. & seqq. Setser. d. libr. 4. c. 11. num. 1. & seqq. non tantum petentibus partibus, vid. Gail. 1. O. 108. n. 1. & 2. Beust. d. l. n. 423. Setser. d. l. 4. c. 15. n. 4. & seqq. & c. 16. per tot. sed etiam ex officio, l. 3. C. de R. C. l. 31. ff. de jurejur. c. ult. X. d. t. Berlich. p. 1. concl. 53. n. 41. & seqq. Carpz. p. 1. c. 23. def. 1. Setser. d. l. 4. c. 11. inf. Brunnem. ad d. l. 3. Bach. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 10. L. b. Stat. Hamb. 1. t. 34. art. 16. Bocer. 6. disp. 18. th. 76. & post causæ conclusionem. Bocer. d. disp. th. 77. Gail. 1. obs. 108. num. 4. & 5. Carpz. d. c. 23. def. 9. Setser. d. lib. 4. c. 15. n. 8. & seqq. ita ut si hujus juramenti requisita adsint, Judex illud omittere non possit, sed omnino deferre teneatur; l. 3. C. de R. C. Vinn. lib. 1. sel. quest. c. 43. * Carpz. d. const. 23. def. 2. Setser. d. c. 10. n. 3. & c. 11. n. 7. Beust. in l. 31. ff. de jurejur. n. 119. adeo ut nisi deferat, ab ejus sententia propterea appellari possit. Setser. d. c. 11. num. 8. Carpz. d. l. & de process. tit. 12. art. 2. num. 16. & seqq. vid. Myns. 1. Obs. 39. Beust. ad d. l. 31. ff. de jurejur. n. 172.

Causa propter quam.

92. Cau-

1. §. 3.
na sen-
m ab-
roces.
lib. 4.
nten-
ellari,
Carpz.
seqq.
cholt.
quæri,
oviter
Brun-
seqq.
rand.
rejur.
de R.
man.
1. C.
cen-
169.
erju-
actio
eptio
vero
Judex
sitate
est

92. *Causa impulsiva est inopia probationum, l. 3. C. de R. C. quando sc. unus litigantium intentionem suam aliquo modo & ad minimum semiplene, v. gr. per unum testem omni exceptione majorem probavit. Vinn. lib. 1. select. quest. 44. Carpz. p. 1. const. 23. def. 3. & seqq. Licet enim unius testis responsio non sit audienda, ut ex ea sola determinetur lis: l. 9. §. 1. C. de testib. attamen cum aliis conjuncta interdum etiam plenam facit fidem. arg. l. 5. & 6. C. de probat. Vinn. d. quest. 44. Et quod illa etiam partis juramento suppleri possit, communiter in praxi receptum est. Vinn. d. q. 44. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. a. verb. sed quæ hic dicenda causæ. Borcholt. in tr. de jurejur. c. 8. n. 60. Hæc semiplena probatio fieri etiam potest per libros mercatorum, vid. Carpz. 1. const. 17. def. 25. & aliis modis, qui à prudentis Judicis arbitrio dependent. Carpzov. de process. t. 12. a. 2. n. 29. & seqq. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. a. verb. sed qui hic dicenda causæ dubiæ. Si itaque quis intentionem suam plene probaverit, illi hoc juramentum deferri nequit. arg. l. 3. C. de R. C. arg. cap. 2. X. de probat. l. 9. C. de O. & A. Idem dicendum, si quis nihil plane, vel minus, quam semiplene, probaverit; Carpz. p. 1. c. 23. def. 3. & in tr. de process. t. 12. art. 1. n. 21. & seqq. aut unius probationes per contrarias alterius probationes elidat & ex utraque parte æquales fuerint probationes. arg. c. ex literis. 3. §. ult. X. de probat. l. 188. de R. J. in bro. vid. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. a. in f. Beult. in l. 31. de jurejur. num. 178. Hinc necessarium juramentum non nisi prævia causæ cognitione deferretur. l. 3. C. de R. C.*

93. Defert autem Iudex hoc iuramentum duplici modo: vel per interlocutoriam, hoc modo: *Wollen und mögen Kläger einen Eyd zu Gott dem Allmächtigen schweren / daß sie die in actis angezogene 600. R. Titio geltehen / daß solches gehöret / und sie thuen dasselbe oder nicht / soll in der Sach ferner ergehen was recht ist.* apud Klock. *vol. 2. Consil. 50. num. 81.* Carpz. *de process. t. 12. a. 2. num. 44. 72.* vel in ipsa definitiva, hac formula: *Wurden Kläger mit einem Eyde in supplementum erhalten / daß sie Titio die 600. R. Gulden geltehen / massen ihnen solches obliget / so wäre Titius dieselbe / nebst dem interesse / zu bezahlen schuldig. vel, so hätten Klägere ihre Intention zur nothdurft erwiesen / derowegen /* *re.* Carpz. *de process. t. 12. art. 2. num. 14. 15. 43. 53 93.* & in *J. F. part. 1. c. 23. d. 7.* Brunnemann. *de process. civil. cap. 23. num. 32.*

94. Deferri potest hoc iuramentū Actori, qui intentionem suam semiplene probavit, & Reo, qui exceptionem ita docuit; Carpz. *d. t. 12. a. 2. n. 36.* & *p. 1. c. 23. def. 6.* Bach. *v. 1. d. 21. th. 19. L. c. in fin.* Beust. *in d. l. 31. n. 168.* & *seqq.* modo sint personæ fide dignæ, & probabiliter veritatem sciant; Berlich. *p. 1. concl. 53. n. 17.* vid. Setzer. *de juram. lib. 4. c. 12. n. 18.* & *seqq.* Borch. *de jurej. c. 8. n. 72.* Hoc enim iuramentum secundum communem sententiam de veritate, non de credulitate præstari debet. Berl. *d. l. Bruckm. vol. 1. conf. 10. n. 93.* & *118.* & *vol 2. conf. 18. n. 10.* Brunnem. *d. c. 23. num. 25.* Diff. Carpz. *part. 1. conf. 23. d. 8.* cujus sententia in illis causis admittenda videtur, in quibus testes de credulitate deponentes

M sunt

sunt audiendi. Usurariis, perjuris, falsariis, &c. non defertur. Carpzov. *d. t. 12. a. 2. num. 60.* vid. Setser. *d. c. 12. n. 24. & seqq.* Beust. *in d. l. 31. num. 179. & seqq.* Borcholt. *d. c. 8. n. 73.* Præterea ad hoc juramentum facilius admittitur Christianus, quam Judæus; vid. Setser. *d. c. 12. n. 33. & seqq.* nobilis & dives, quam plebejus & pauper; Masculus, quam fœmina. *arg. cap. 10. sub fin. extra de V. S. l. 3. pr. & §. 1. ff. de testib.* vid. Setser. *de jurament. d. lib. 4. c. 13. num. 8. & seqq.* Beust. *in l. 31. de jurej. n. 175.* Carpz. *1. const. 23. d. 7.* Berlich. *1. concl. 53. n. 19.*

In quibus
causis.

95. Locum habet hoc juramentum in causis civilibus ob minus plenas probationes dubiis; *l. 3. C. de R. C.* vid. Setser. *de juram. lib. 4. c. 12. num. 1. & seqq.* licet ex delicto vel crimine agatur. *l. 3. §. 1. ff. de jurej.* Carpz. *de process. 12. a. 2. n. 73. & seqq.* Bach. *1. d. 21. th. 10. L. a. verb. non vero in criminalibus. in*

An in causis
arduis.

fin. Excipiuntur tamen causæ arduæ & magnæ; Gail. *1. O. 108. n. 11.* Berlich. *1. conclus. 54. num. 2. & seqq.* Myns. *1. O. 68. num. 4.* vid. Setser. *d. c. 14. n. 4. ubi, quæ causa ardua dicatur, judicis arbitrio relinquendum esse, scribit, de quo etiam Beust. in d. l. 31. de jurejur. n. 174.* Borcholt. *d. c. 8. num. 75.* nisi plusquam semiplene probatum sit. Gail. *d. l. Brunnem. d. c. 23. num. 28.*

An in causis
matrimonialibus.

Unde regulariter nec in causis matrimonialibus admittitur. Vinn. *lib. 1. quest. 44. in fin.* Gail. *2. O. 94.* Carpz. *p. 1. c. 23. d. 10. & de process. tit. 12. art. 2. n. 61. & seqq.* Berlich. *1. concl. 54. num. 14.* Bachov. *1. d. 21. th. 10. a. verb. in matrimonialibus.* Setser. *d. c. 14. num. 10. & seqq.* nisi negans consentiret,

tiret, vel maximæ essent conjecturæ pro juraturo, & præter semiplenam probationem pro affirmante etiam alia insignis pugnaret conjectura. Berlich, d. l. n. 16. Carpz. d. t. 12. a. 2. n. 67. & seqq. I. C. lib. 3. d. 46. & lib. 3. R. 68. Setser. d. c. num. 12. Borcholt. d. c. 8. n. 77.

In criminalibus, ne insons damnetur, aut sons publicæ vindictæ eripiatur, hoc iuramento imperfecta probatio suppleri nequit, arg. l. f. C. de prob. Vinn. lib. 1. quest. 44. in f. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. a. verb. non vero in criminalibus fere in fin. Carpz. 1. c. 23. d. 11. Gail. 2. O. 94. num. 3. Myns. 2. O. 87. Berlich. 1. concl. 54. num. 5. Ant. Matth. de Crim. lib. 48. D. tit. 15. cap. 7. num. 1. Setser. d. c. 14. n. 8. nisi ad pœnam tantum pecuniariam agatur, Berlich. d. concl. num. 8. & 12. Carpz. d. def. 11. & de process. tit. 12. a. 2. n. 78. & seqq. Vid. omnino Berlich. d. concl. 54. ubi plures enumerat causas exceptas.

An in causis criminalibus.

96. Differt iuramentum necessarium vel supplementarium ab aliis, quod hoc à iudice deferatur ad imperfectas probationes confirmandas sive suppleendas. Setser. de juram. lib. 4. c. 10. n. 11. & 12.

Differentia specifica.

97. Effectus huius iuramenti delati est, quod illud necessariò suscipiendum & præstandum; & quidem regulariter in propria persona; vid. Beust. in l. 31. ff. de iurej. n. 408. & seqq. adeo ut à parte, cui delatum, etiam si alias probationes offerat, tamen recusari non possit; Carpz. tit. 12. a. 2. n. 94. & seqq. nec etiam referri, sive in adversarium rejici cap. ult. extra de iurejur. Bach. 1. d. 21. th. 16. l. d. ubi Resp. ad l. 12. §. 1. C. de R. C. Carpzov. 1. const. 23. def. &

Effectus huius iuramenti delati.

c. non
Setser.
179. &
e iura-
m Ju-
bilis &
quàm
3. pr.
lib. 4.
n. 175.
19.
alis ci-
l. 3. C.
1. &
ff. de
Bach.
bus. in
agnæ,
um. 2.
c. 14.
bitrio
in d. l.
7. nisi
Brun-
niali-
Gail.
it. 12.
n. 14.
libus.
nfen-
tiret,

de process. tit. 12. art. 2. num. 87. & seqq. Vinn. lib. 1. q. 43. Setler. de juram. lib. 4. cap. 17. n. 2. Sine justa causa, qui illud recusat, ille causa cadit, & contra illam pronunciat iudex. Cæterum si justa adsit recusationis causa, jussus jurare, ab ejus delatione appellare potest. arg. C. ult. pr. X. h. t. l. 12. §. 2. C. de R. C. Bocer. class. 6. d. 18. th. 79. & seqq. Iudex quamvis semel delatum remittere, h. e. ejusdem gratiam facere non possit: Vinn. d. q. 43. attamen ex justa causa, si v. gr. postea suspicio intervenerit, fore, ut peieret is, cui delatum est, illud revocare valet Vinn. lib. 1. quest. 43. p. 197. Brunnemann. d. c. 23. n. 27.

Effectus hujus juramenti præstiti.

98. Præstito autem hoc juramento, imperfecta probatio confirmatur, & pro eo, qui juravit, pronunciat. l. 31. ff. de jurejur. Ab hac verò sententia non tantum intra decendum appellari, arg. l. 12. §. 3. C. de R. C. arg. l. 1. ff. de appell. Bach. 1. d. 21. th. 10. L. e. verb. an a. à sententia Setler. d. lib. 4. c. 17. num. 7. Carpz. 1. c. 15. def. 8. & de process. t. 12. a. 2. num. 107. Bocer. 6. d. 18. th. 81. ubi hoc etiam in supremo Würtembergico dicasterio observatum esse testatur. sed illa etiam retractari, & causa ex integro agi potest ob instrumenta noviter reperta; l. 31. ff. de jurejur. Bocer. d. disp. 18. th. 81. Carpz. 1. c. 15. def. 5. & de process. t. 12. a. 2. n. 100. & seqq. vid. Beust. in d. l. 31. num. 18. & seqq. item. n. 51. & seqq. num. 99. & seqq. etiam sine restitutione in integrum. Treutl. v. 1. d. 21. th. 10. lit. e. ibi Bach. Carpz. d. def. 5. & d. art. 2. num. 104. Diss. Setler. d. c. 17. n. 13. * Beust. in d. l. 31. n. 84. * Bocer. d. d. 18. th. 82. qui seq. thes. 83. subjicit, hoc

hoc iuramentum, si ille, cui delatum, mortuus fuerit, pro praestito haberi. Ex testium depositione huiusmodi sententia retractari & causa de novo agi nequit, idque ob periculum subornationis, *arg. d. l. 31. ff. de iurejur. Setser. d. lib. 4. c. 17. n. 9. & 10. Brunnem. de process. civil. cap. 23. v. 33. vid. tamen Beust. in d. l. 31. num. 58. & seqq.* Neque in nova illa lite quis prioribus uti potest instrumentis, sed perjurium ex solis instrumentis noviter repertis demonstrare debet. *arg. d. l. 31. Setser. d. c. 17. n. 12.*

§. VII.

De Iuramento Calumniae generali.

99. Iuramentum mixtum dicitur, quod partim promissorium, partim assertorium; quale est iuramentum Calumniae generale quod totam causam, processum & ejus merita respicit *Frantzk. in Comm. n. t. de iurej. n. 56. & seqq. Vult. de Iud. lib. 3. c. 2. n. 33. & describitur, quod sit iuramentum a litigantibus, super causa sincerè bonàque fide suscepta & prosequenda praestandum. Umm. disp. ad process. disp. 12. th. 7.*

Quid sit.

100. Hoc iuramentum introduxit, & ex prioribus duabus speciebus, quarum una processum, altera merita causae respiciebat, *l. 1. l. 2. pr. & §. pen. C. de iurejur. propter calum. unam fecit Justinianus Imperator in Nov. 49. cap. fin. vid. Frantzk. d. t. n. 56. & seqq.* Sicuti itaque hoc iuramentum jure positivo est introductum, *Vult. de Iud. lib. 3. cap. 2. num. 36. Grav. 1. concl. 85. n. 1. & seqq.* ita nihil ob-

De ejus origine.

M 3

stat,

n. lib.
ne ju-
con-
adlit
tione
C. de
uam-
tiam
justa
re, ut
Vinn.
27.
fecta
pro-
ren-
le 12.
d. 21.
b. 4.
§. 1.
hoc
ob-
, &
viter
th.
2. n.
seqq.
re-
lit.
104.
84.
icit,
hoc

stat, quominus contrario jure positivo, lege vel consuetudine tolli & abrogari possit. *arg. l. 32 ff. de LL. Gail. 1. O. 85. n. 4. & seqq. Bernhard. Grav. lib. 1. conclus. 85. num. 1. & seqq. Vult. d. cap. 2. n. 43. maximè ubi floccipenditur, & per illud multa perjuria committuntur, arg. l. 2. in C. de indict. viduit. tollend. cap. 3 X. de cohabit. clericor. & mulier. uti de hoc juramento Dd. passim conqueruntur, Gail. 1. O. 85. n. 4. Parthen. litigios. lib. 1. cap. 15. n. 34. & lib. 2. c. 6. n. 19. Carpzov. 1. cap. 12. d. 21. n. 5. Quantò enim verba hujus juramenti de calumnia omittenda generalius sunt concepta, tanto faciliore & probabiliore modo, si pertinacius iudicio instant, ab eadem se excusari posse, multi sibi, quamvis perperam imaginantur. Frantzk. in Comm. de jurejur. num. 62. Hinc in foro Saxonico hoc generale calumniæ juramentum propter levitatem jurantium & perjuriarum crebritatem in desuetudinem abiit Carpz. d. c. 12. d. 21. & tr. de process. tit. 12. a. 1. n. 7. & seqq. Frantzk. d. t. n. 62. Bachov. 1. d. 21. thes. 3. lit. c. in fin. vid. tamen Berlich. 1. cap. 31. num. 5. & seqq. Brunnem. in l. f. §. 8. C. de jurejur. propt. calumn. In Camera vero Imperiali & plurimis aliis Imperii provinciis adhuc est in viridi observantia. Ord. Camer. part. 1. t. 65. R. A. de anno 1654. §. über die ses verordnen wtr B. Landr. p. 1. tit. 26.*

Quis petere
& imponere
hoc juramē-
possit.

101. Jure civili hoc juramentum omnino est præstandum, etiamsi non fuerit petatum. l. 2. pr. C. de jurejur. propt. calumn. Obrecht. de juram. calumn. c. 11. n. 7 & seqq. At jure canon. quod hodie observatur, licet expresse à partibus remitti non possit,

possit, l. 2. §. 4. C. de iurejur. propter calumn. arg. l. 38. de pact. Vult. de Jud. t. 3. c. 2. n. 39. Bocer. clas. 6. d. 18. th. 12. lit. b. tacitè tamen omitti potest; c. 1. §. 1. de jur. calumn. in 6. ita ut illud non sit præstandum, nisi à iudice vel ad partis petitionem, vel ex officio fuerit impositum. R. X. de anno 1654. §. über dieses verordnen wir. 37. pr. Vult. d. c. 2. n. 40. & 41. Obrecht. d. c. 11. n. 16. & seqq. Ut autem iudex ad partis petitionem hoc iuramentum exigere teneatur, requiritur, ut viva voce à parte petitum sit; in scriptis petitum præterire potest. Recess. deputat. de anno 1600. §. es ist auch. 129. Roding. in π. Camer. lib. 3. t. 30. §. 13. p. 740. Obrecht. d. tr. c. 11. n. 27. & seqq. Gail. 1. O. 84. num. 7. Græv. lib. 1. conclus. 84. consid. 1. num. 2. Besold. ad jus Prov. Würtemb. d. 1. th. 54 Possunt autem hoc iuramentum petere & exigere omnes, qui vel suo vel alieno nomine litigant; sive sint actores, sive rei. Obrecht. tr. de juram. calumn. c. 4. n. 1. & seqq.

102. Peti & exigi potest hoc iuramentum à litigantibus principalibus, Actore & Reo. l. 2. pr. §. 4. 6. & 7. auth. principales. C. de iurejur. propter calumn. illorumque heredibus; d. auth. principales. C. d. t. Obrecht. tr. de juram. calumn. c. 5. n. 8. & seq. cujuscunque sint sexus & dignitatis; l. 2. §. 1. C. d. t. Ord. Cam. p. 1. tit. 25. Vult. de Iud. lib. 3. c. 2. num. 49. vid. Græv. lib. 1. conclus. 88. consid. 1. circa fin. & conclus. seq. 90. n. 1. etiam à Clericis, c. 5. capit. ult. X. de juram. calum. Obrecht. d. c. 5. num. 16. Umm. d. 12. ad process. thes. 8. n. 34. Brunnem. de process. civil. c. 15. n. 12. Universitatibus, l. 2. §. 5. C. d.

Quibus hoc iuramentum imponi possit.

C. d. t. Obrecht. d. c. 5. n. 6. Tutoribus, curatoribus, & aliis legitimis administratoribus l. 2 §. 2. *auth. principales*. §. 6. C. de *jurejur. propter calum.* Obrecht. d. tr. c. 6. n. 1. & *seqq.* Item à procuratoribus; c. 6. X. de *juram. calum. cap. 2. §. 1. eod. in 6. Recept. Imp. 1654. §. 37. O. C. p. 1. t. 65. ibi in ewer eigen Seel. W. Landr. p. 1. t. 25. §. und ob ein procurator.* Obrecht. d. c. 6. n. 23. & *seqq.* licet ex officio sint constituti, Bach. *ad Treutl. v. 1. d. 21. th. 4. L. d. vers. procurator fisc.* Græv. 1. *concl. 88. n. 2. & seq. conf. 1. vid. tamen Gail. 1. O. 88. num. 9.* Obrecht. d. c. 6. *num. 35. & seq.* aut nomine fisci agant; Bach. *d. th. 4. L. d. Græv. 1. concl. 90. n. 3. & 5.* Obrecht. d. c. 6. n. 31. quamvis hodie Fisci procuratores usus Judiciorum approbatus ab hoc juramento relevet. Gail. 1. O. 90. n. 4. Mynf. 1. O. 74. Vult. *de jud. lib. 3. c. 2. num. 61. Caspar Klock. tom. 3. consil. 191. n. 41. & seqq. Roding. π. Camer. lib. 3. t. 30. in add. in fin. vid. Obrecht. d. c. 6. num. 33. & seq. vid. etiam Græv. 1. concl. 90. n. 6. & seqq.* In novissimo Imperii Receptu de anno 1654. §. aber dieses verordnen wir. etiam excipiuntur Electorum, Principum & Statuum Consilarii. Ab advocatis hoc juramentum jure civili in singulis causis exigi posse, communis est Dd. *sententia per l. 2. pr. & §. 4. in f. C. de juram. propter cal. §. 1. I. de poen. temer. litig. l. 14. §. 1. C. de jud. Vult. de Ind. 3. c. 2. num. 53. vid. tamen Obrecht. d. c. 6. n. 37. & seqq. maxime n. 45. & quamvis hoc in desuetudinem abierit, teste Vult. d. c. 2. n. 58. Mev. ad Jus Lubec. lib. 5. t. 2. art. 6. num. 10. Brunnem. d. cap. 15.*

15. n. 9. in Camera tamen Imp. iterum in usum re-
 vocatum est, per d. R. Imp. de anno 1654. §. über
 dieses verordnen wir. Præterea etiam excipiuntur
 Feudi dominus & vassallus, inter quos lis est. c. un.
 §. 1. 2. F. 33. Berlich. 1. c. 31. num. 12. Græv. 2. concl.
 156. Bocer. class. 6. d. 18. th. 36. vid. Umm. d. 12. th.
 8. num. 36. Parentes quoque & Patronos Dd. com-
 muniter excipiunt; Umm. d. th. 8. num. 35. Brun-
 nem. de process. civ. c. 15. num. 13. Obrecht. d. c. 5. n.
 17. & seqq. à quibus tamen recedit Bach. 1. d. 21. th.
 4. l. c. verb. hoc iusjurandum patronis. ver l. 2. §.
 4. C. de jurejur. propt. cal. Nov. 49. cap. fin. ibi ad-
 versus omnem personam, De furiosis, infantibus, pu-
 pullis minoribus & prodigis vid. Obrech. d. c. 5. n.
 10. & seqq. item de liberis contra parentes agenti-
 bus d. Obrecht. c. 6. n. 5. & seqq.

103. Locum habet hoc iuramentum regulariter
 in omnibus causis; l. 2. pr. ibi in omnibus litibus. C.
 de jurej. propt. calum. Nov. 49. c. f. Obrecht. d. tr.
 c. 8. n. 6. & seqq. etiam feudalibus, Vult. 2. de feud.
 c. 3. num. 8. Umm. d. disp. 12. th. 8. num. 37. ma-
 trimonialibus, Berlich. 1. c. 31. num. 7. & spirituali-
 bus. c. 1. §. ult. de juram. cal. in 6. quo corrigitur
 cap. 2. X. eod. Bachov. d. th. 4. lit. b. Brunnem. d.
 c. 15. num. 14. Vult. de Iud. lib. 3. c. 2. num. 73. &
 seq. De causis criminalibus maxima fuit contro-
 versia. Verum cum in hisce quoque calumnia
 committi possit; & hæ causæ exceptæ non repe-
 riantur, proinde affirmativa communiter est appro-
 bata & recepta, per l. 2. pr. ibi in omnibus litibus. C.
 de jurejur. propt. calum. cap. 1. vers. præterea. ibi seu

In quibus
 causis.

N crim.

tori-
 §. 2.
 alum.
 rato-
 od. in
 ewer
 pro-
 x of-
 1. th.
 8. n.
 m. 9.
 e filci
 n. 3.
 Fisci
 hoc
 1. O.
 lock.
 mer.
 num.
 seqq.
 abet
 Et o-
 ad-
 cau-
 l. 2.
 I. de
 d. 3.
 7. &
 udi-
 l Ius
 cap.
 15.

crim. seu civili X. de juram. Calum. c. 2. §. f. eod. in 6. Const. Frider. de incendiariis. §. si quis. 5. Feud. 10. Berlich. 1. c. 31. num. 27. Clar. §. f. q. 18. nu. 3. Damhoud. prax. crim. c. 128. num. 3. & 4. Bocer. clas. 6. d. 18. th. 13. L. f. Umm. de process. disp. 12. th. 10. num. 44. Harpr. ad pr. Inst. de jud. publ. n. 13. Wurmsfer. tit. 14. obs. 4. Klock. tom. 3. cons. 191. nu. 41. Vult. de Ind. lib. 3. c. 2. num. 87. & 88. ubi testatur hanc praxin Germaniæ observare. Brunnem. d. tr. de process. civil. c. 15. num. 15. ubi tamen n. 16. subjicit, à Reo criminis capitalis ob periculum perjurii hoc juramentum non exigi. vid. Obrecht. de juram. calum. c. 8. num. 23. & seq. Illud quoque nihil refert, siue causæ agantur in ordinario siue in summano processu, clem. sæpe. §. citationem. de V. S. Berlich. 1. c. 31. n. 8. Brunnem. d. c. 15. num. 14. coram ordinario, delegato, siue compromissario, l. 2. §. 4. C. de jurejur. propt. calumn. in prima & secunda instantia, licet in prima jam juratum sit, c. 2. pr. de juram. calum. in 6. O. Camer. p. 3. t. 32. Spen. Roding. in π. Camer. lib. 3. tit. 30. §. 13. Obrecht. d. c. 8. num. 10. & seqq. Berlich. 1. c. 31. n. 26. Vult. d. c. 2. num. 89. & seqq. vel in secunda instantia juramentum calumniæ de non frivole appellando præstitum fuerit. vid. Roding. π. Camer. lib. 3. tit. 30. §. 13. in addit. pag. 740. & seqq. etiam in judicio revisorio. Recess. dep. de anno 1600. §. und ob wol hieben. Umm. d. d. 12. th. 10. num. 42. Grav. 1. concl. 8. num. 7.

Differentia
specifica

104. Ratio formalis hujus juramenti consistit in eo, quod jurans asseveret, se litem b. f. suscepisse, &

& promittat, se illam sincere quoque prosecuturum. In specie autem jurare debet I. se credere, se justam causam fovere §. 1. l. de pœn. tem. litig. l. 2. pr. C. de jurejur. propt. calum. O. C. 1. t. 65. R. A. 1654. §. über dieses verordnen. W. E. 1. t. 26. §. jhr sollen.

II. Se interrogatum nolle veritatem diffiteri; Ord. Cam. d. t. 65. d. R. I. d. §. W. E. d. t. § zum Andern.

III. Se nihil corrumpendi gratia daturum vel dedisse. Auth. principales. pr. C. de jurej. propt. calum. O. C. d. l. W. E. d. t. § zum Dritten.

IV. Falsa probatione se non usurum; Nov. 49. c. ult. W. E. d. t. § zum Vierten, Boccer. 6. d. 18. thes. 10.

V. Se nullam non necessariam probationem exacturum. auth. in isto. C. de jurej. propt. cal. nec alio modo se temere litem protracturum. l. 1. l. 2. pr. d. t. vid. O. C. p. 1. t. 65. R. A. 1654. § über dieses verordnen wtr. 37. W. Landr. d. tit. 26. Obrecht. de juram. calum. c. 10. per tot. Hinc vulgares versiculi:

*Illud juretur: quod lis sibi justa videtur;
Et si queretur, verum non inficietur;
Nil promittetur; nec falsa probatio datur;
Ut lis tardetur. dilatio nulla petatur.*

vid. Recess. Imp. d. l. Vult. de Iud. lib. 3. c. 2. n. 46. Formula hujus juramenti in Camera per procuratorem protestandi traditur in Roding. π. Camer. lib. 3. t. 30. §. 13. in addit. p. 746. ubi in præcedentibus etiam demonstratur, quomodo hoc differat à juramento calumniae de non frivole appellando.

- Ejus Finis.** 105. Finis hujus juramenti est, ut in judiciis via calumniis præcludatur, & salus publica propagetur. *l. 2. §. 4. C. de jurejur. propt. calumn. vid. Obrecht. d. tr. c. 11. num. 5. & seqq.*
- De tempore.** 106. Petitur autem & præstatur hoc calumniæ juramentum in ipso litis exordio, eo sc. termino, quo lis contestata, vel statim post; *l. 2. pr. §. ult. C. de jurejur. propter calumn. Nov. 49. c. ult. pr. vid. Obrecht. d. tr. cap. 9. num. 6. & seqq. nec actori spacium deliberandi conceditur. Rulant. tract. de Commiss. part. 4. lib. 6. cap. 10. memb. 4. n. 16. Si vero in principio fuerit ommissum, postea in quacunque judicii parte peti & præstari potest, c. 1. pr. de juram. calumn. in 6. Recess. Imp. de Anno 1654. §. über dieses verordnen wir. ibi: in welcherley Theil des Gerichts. Bocer. class. 6. disp. 18. th. 11. Vult. tr. de Judic. lib. 3. cap. 2. num. 70. usque ad causæ conclusionem. Wirt. Landr. p. 1. tit. 26. §. und wiewol. Imo si à partibus petitum, sed non præstitum fuerit, Judex, etiam post causæ conclusionem, per interlocutoriam, rescissa conclusione, illud partibus injungere, aut ex officio quoque exigere potest. Gail. lib. 1. obs. 84. num. 6. ** Bocer. d. disput. 18. th. 11. lit. b. Obrecht. d. tr. c. 11. num. 26. Ante litem contestatam juramentum calumniæ generale non præstatur. *l. 2. pr. C. de jurejur. propter calumn. Vult. d. lib. 3. c. 2. num. 71. Umm. disput. 12. ad process. th. 11. num. 47. Rulant. d. cap. 10. membr. 4. num. 6. ** vid. tamen Brunnem. de process. civil. cap. 15. num. 20.**
- An post conclusionem.**
- An ante litem contestatam.**
- De loco.** 107. Locum quod concernit, præstatur illud regu-

regulariter in loco iudicii publico. l. 2. §. 3. §. 5. *auth. principales. §. 1. & 4. C. de iurejur. propter calum.* Excipiuntur tamen personae egregiae, & aliae, quae ad iudicem venire impediuntur. Haec enim in propriis aedibus, coram deputatis, adversario praesente, vel citato, jurant. l. 2. §. 1. *C. d. t. Obrecht de juram. calumn. c. 9. num. 19. & seq.* quo privilegio etiam senes gaudent. *Oldenkop. dissert. de iurejurando in alterius animam n. 305. & seq.* Honestae quoque foeminae, jure civili, in privatis suis aedibus, etiam absente adversario, iuramentum praestant; l. 2. §. 1. *auth. principales. §. 3. Cod. de iurejur. propter calumn.* quod tamen hodie non ubique & indistincte observatur, teste *Vult. de Iud. libr. 3. c. 2. num. 48. Umm. disput. 12. th. 11. num. 48. vid. Grœneweg. ad l. 15. ff. de iurejurand. De absentibus vid. d. l. 2. §. si a. alterutra. Obrecht. d. tr. c. 9. n. 16. & seqq.*

108. Semel autem à partibus viva voce peti- tum, vel à iudice exactum, omnino est praestandum; & quidem jure civili primum ab Actore, deinde à Reo. l. 2. pr. §. 4. in f. §. 6. *C. de iurejur. propter calumn.* *Umm. disput. 12. ad process. th. 8. num. 32. in fin. Obrecht. d. tr. c. 5. num. 4. & 5.* Moribus vero nostris, is prius jurat, qui alteri hoc iuramentum detulit, sive sit Actor, sive Reus. *Vult. d. cap. 2. num. 68.*

109. Jure civili litigantes, quibus hoc Juramentum est delatum, ipsimet in propria persona jurare debent: l. 2. §. 3. & 4. *C. h. t. Bach. ad Tr. vol. 1. disput. 21. th. 4. lit. d. vers. alias quoque Græv. lib. 1. concl.*

Vbi personae
egregiae.

Vbi foeminae:

Effectus huius
iuramenti
delati.
Quis prius
juret.

An per alios
praestari possit.

1. *concl. 83. num. 1. & 2. Oldekop. dissert. de jurejur. in alterius animam. num. 301. & seqq. qui nec jure canonico hoc mutatum esse censet. d. dissert. num. 312. & seqq. quamvis contrarium alii plerique doceant per c. ult. de jurament. Calumn. in 6. & c. Imperatorum. 4. X. d. t. Hodie plurimis in locis hoc juramentum etiam per procuratores (vid. *prac. § I. num. 5.*) præstari posse, ita ut illi in principalis animam jurent, indubitatum est; vid. *Ord. Cam. part. 1. t. 65. Recept. Imp. de Anno 1654. §. über die verordnen wir. Würt. Landr. part. 1. tit. 26. §. und ob ein procurator. modo speciale ad hoc habeant mandatum, d. Recept. Imp. §. über die. 37. d. cap. ult. de juram. calumn. in 6. Gail. 1. obs. 83. Grav. 1. conclus. 83. consid. 1. Obrecht. d. tr. c. 6. Roding. π. Camer. lib. 3. tit. 30. §. 13. in add. pag. 742. (ubi hujusmodi mandati refert formulam) & judex illud ob singulares causas non ab ipsis principalibus præstari jufferit. vid. c. 3. X. de juram. calumn. Obrecht. d. c. 6. num. 26. & c. 9. num. 18. Universitatis nomine, jure civili, juramentum calumniæ præstat major vel idonea ejus pars: l. 2. §. 5. in fin. C. de jurejur. propter calum. jure vero canonico etiam Syndici speciale mandatum habentes ad hoc admittuntur. c. Imperatorum. 4. X. de juram. calum. vid. Berlich. part. 1. *concl. 31. num. 23.***

Quis Universitatis nomine.

Effectus hujus juramenti recusati, ratione Actoris,

110. Actor si sine justa causa hoc juramentum recusat, causa sua cadit, & tanquam improbus litigator reo judicis sententia absoluto expensas quoque solvere tenetur. l. 2. §. 6. *auth. principales.*

les. §. 5. C. de jurejur. propter calum. junct. l. 79. de jud. cap. ult. §. 1. X. eod. Würtemb. Landr. p. 1. t. 26. §. pen. Reus vero, qui hoc juramentum recusat, tanquam confessus & convictus in civilibus condemnatur. l. 2. §. 7. auth. principales. §. 5. C. de jurejur. propter calum. cap. ult. §. 1. X. eod. W. Landr. d. t. 26. §. fin. vid. omnino Brunnem. in d. l. 2. §. 7. Hic enim Judicis requiritur sententia, & quidem non tantum declaratoria, uti Dd. communiter statuunt, Gail. lib. 1. Observ. 86. num. 1. Grav. libr. 1. concl. 86. sed absolutoria vel condemnatoria. l. 2. §. 7. ibi per confesso. auth. principales §. 5. C. de jurejur. propter calum. Bach, ad Tr. vol. 1. d. 21. th. 4. lit. g. verb. sententia declaratoria. Potest autem recusans, ante hanc judicis sententiam, moram purgare Gail. libr. 1. obs. 68. num. 2. & seqq. Grav. d. concl. 86. num. 4. Obrecht. d. tr. c. 12. num. 19. & seqq. Nec, si contumax ante hanc sententiam moriatur, poena hujus recusationis ad heredem transit. arg. l. 29. pr. ff. de jure fisc. Gail. d. obs. 86. num. 6. & seqq. Grav. d. conclus. 86. consid. 1. num. 3. Bocer. class. 6. d. 18. th. 16. lit. b. Obrecht. d. c. 12. n. 22. De contumacia & recusatione procuratoris vid. Gail. 1. obs. 89. Grav. 1. concl. 89. Bocer. d. disput. 18. th. 15. lit. b. Umm. disput. 12. ad process. th. 9. num. 39. Obrecht. d. c. 12. num. 23. & seq. de Advocati, Mevius, ad jus Lubecens. libr. 5. tit. 2. art. 6. num. 11. Roding. π. Cameral libr. 3. tit. 30. §. 13. in add. p. 742. vers. quid etiam poena.

An necessaria sit judicis sententia.

An tantum declaratoria

An mora purgari possit.

An poena recusationis transeat in heredes.

De procuratoris recusatione.

Effectus hujus juramenti

III. Caterum si hoc juramentum legitime petitum

ti exacti, sed titum vel exactura, non quidem recusatum, tamen non præstitum, sive neglectum & omissum fuerit, tunc totus vitiatur processus, & sententia ipso jure redditur nulla. *Würtemb. Landr. p. 1. t. 26. §. und mag. Gail. 1. observ. 84. num. 1. Grav.*

An remitti possit.

1. concl. 84. conf. 1. adeo ut nec partes, vel iudex illud sine nullitate remittere possint. *Umm. d. disput. 12. th. 9. num. 40.* Unde hoc juramentum rite exactum communiter de substantia Judicii esse dicitur. *Gail. 1. obs. 84. num. 1.* In Camera tamen Imp. hæc nullitas in inferioribus Judiciis admissa non attenditur, sed, illâ neglecta, in causa principali judicatur. *arg. Ord. Cam. p. 3. t. 34. §. 1. Gail. 1. Obs. 84. num. 3. & seqq. Umm. d. disput. 12. th. 9. num. 40. Obrecht. d. tr. c. 11 num. 23. & seq.*

Effectus hujus juramenti præstiti.

112. Semel juramento calumniæ generali præstito, in eadem causa & instantia illud non est repetendum; *Nov. 49. cap. fin.* & qui juravit, à calumniæ suspicione liberatur, *Seraphin. de Seraphin. de privileg. juram. pr. 12. per tot.* à calumnia vero, quæ evidenter apparet, non excusatur; nec propter illud ab expensarum refusione liberatur; utpote quæ non tantum propter calumniam, sed etiam ob temeritatem debentur. *l. 79. ff. de jud. Benckendorf. in addit. ad Seraph. de Seraphin. d. tr. privil. 13. num. 1. Asin. in sua prax. §. 32. cap. 1. ampl.*

An liberet ab expensarum refusione.

73. ubi ex aliis, totum mundum hanc conclusionem tenere, referunt.

X 2615924

7V 9A





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

13. B.

TICA

TIS;

1664, 12.

Tit. II.

Lauterbach/
tore

Pflug!

REISL,

